


E DIVI IVSTINIANI INSTITVTIONIBVS EROTEMATA, SEV INTERROGATIONES,


IN LEGALIS MILITIAE Tyronum vſum, per CHRISTOPHORVM PHRÆYSLEBIVM Lincenſem collecta.

Recens ad ipſarum Inſtitutionum litteram fideliter emendata, & locupletata.




Bononiæ, Apud Hæredes Io. Roſsij. 1599.
Superiorum Permiſſu.

Ad inſtantiam Simonis Parlaſchæ.



PERILLVSTRI
D. HIERONYMO
RAIMONDO SAVONEN.
Domino ſuo Colendiſs.



Simon Parlaſca. S. P. D.



VANTA ſit mea erga te, Perilluſtris, atq; ornatiſſimè Raimonde, tùm obſeruátia, tùm animi propenſio, nõ eſt, quòd breui hac epiſtola conſequi velim; quádo vix mente concipere licet. A quo enim primùm die tuam ad gratiam aditus mihi patuit, ea te & ingenij ſuauitate, et mo-


rum integritate, præstantissimarumq; virtutum copia præditum noui, vt illicò me ad tui obseruátiam attrahi senserim. Nec mirum; si id mihi cõtigit, quod & alijs quamplurimis contigisse, atque in dies contingere animaduerto, qui ad te colendum, & obseruádum ducuntur, & rapi, vel inuiti videntur. Hoc quippè virtutis opus: In qua sita est ea vis, atq; efficacitas, vt hominũ animos sibi conciliet, atq; deuinciat. Hos igitur animi in te mei affectus iá inde excitatos aliquando tibi aliqua saltem ex parte indicare cupiens, cum Institutionum Imperialiũ Erotemata, vt vocant, quæ nec mendis (quibus nõ paucis scatebant) expurgata, nec alicuius Mæcenatis præsidio munita circũferebantur, emẽdatiora deuuò, quò legerétur à studiosis libentius, typis

com-

cōmittere cogitauerim ea ad te deferre, nominiq; tuo dicare decreui. Ad quod eo magis animum induxi meum, q̃ cum Perill. D. Augustino Frāsono, cui multis nominibus obstrictus sum, superioribus annis Amyntā Torquati Tassi fabulam dicauerim, rectè nūc tu mihi, Nobilissimè Raimōde, Frāsono adiungi visus es; cū multæ, eæq; non leues inter vos necessitudinis caussæ intercedāt; reciproca scilicet alterutrius præstantis ingenij admiratio; honesta, atq; amica hinc inde virtutum æmulatio; studiorum, ac fermè voluntatum cōuenientia, atq; consensio; & vitæ, sermonumq; summa alterius cum altero familiaritas, & consuetudo; vt exemplo esse possitis nullū ad iungendam, firmādamve amicitiam vinculum reperiri arctius, aut firmius virtute ip-

 sa,

sa, morumq; similitudine. Sed ad te, Raimonde Nobilissime, redeo; laudes tamē tuas haud ego latius, tuaq; encomia hoc loco excurram; quippè quæ maiora intelligo, quàm vt à me ꝑ dignitate efferri queant; sed hoc à te contendam, vt hoc licet exile munusculum, veluti magnæ erga te meæ obseruantiæ testimonium, læta frōte, placidoq; vultu accipere, atq; ab inuidorum morsu auctoritate tua defendere non dedigneris. Ego interea Deū Opt. Max. assiduè rogabo, vt te Reipub. & ciuili, & litterariæ incolumem diutissimè seruet. Bononiæ Kalen. Decemb. M. D. XCVIII.



CHRI-

CHRISTOPHORVS PHREYSLEBIVS LINCENSIS, vtriusq; Iuris prolyta, seu vt vocant, Licentiatus Iuri operam daturo S.





T fideliores illi mihi, & vtiliores esse Praeceptores semper visi sunt, qui in cuiusuis artis facultate tradenda, nec confusam, nec prolixam, sed methodicam rationē sequi satagunt, iuxtà illud Horatij.

Quicquid pcipies, esto breuis, vt citò dicta
Percipiāt animi dociles, teneantq; fideles.

Id quod equidem semper, quamdiù hoc munere functus sum, operam dedi, ac studui, vt quam breuissimè, ac facillimè traderem: natura quodammodo auersans eos, qui artes, quae per se alioqui omnes satis sunt difficiles, quia pulchrae (Scire enim pulchrum est) aut ignorant, aut ita tradunt, vt obscurando, ostentandoq; reddant difficiliores: qui se, quàm alios docere malunt. Mihi verò vt & veteribus semper diuersum placuit, ita visum fuit huius rei IVSTINIANI *Institutionibus speci-*


men edere, nempè in Erotematum, id est, Interrogationum, & Responsionum formulis: quibus me non tàm omnem paragraphorum materiam quàm præcipuas quasque definitiones, partitiones, seu diuisiones, epitomas, & compendia, adeoq; non nimiam totius Iustinianeæ isagoges partem complexum esse videar; breuissima primum, ac facillima via incedens, memoriamq; iuribus studere incipientium adiuuans, vt hoc libello intra paucos menses absorpto, deuoratoq; ex actiore deinde, diligentioreq; iudicio plenas institutiones repetere, atque examinare queant. Eam ego puto esse solertiam, scientiam, & fidem, quas Imperator in Doctoribus, & professoribus artium exigit, probatq;. Accipe ergo candide Lector, Præceptorq; fidelis, quicquid hoc est studij legitimi adminiculi, vtere, lege, doce: & experimento credes, me profuisse tibi, Vale.

INTERROGATIONES, ET RESPONSIONES ex Imperialibus Institutionibus collectæ.

EX PROOEMIO.

In principio.



VIBVS rebus Imperatorẽ decoratũ esse oportet? RESPONDE Armis, & Legibus.

§. I.

Fuitne IVSTINIANVS his duobus decoratus? RESP. Fuit: hoc enim Africa, aliæq; Prouinciæ redactæ, & Leges per eum in luculentam consonantiam expositæ probant.

§. Cumque.

Quibus mãdauit Imperator Institutiones cõponere? Triboniano, Theophilo, & Dorotheo. Igitur.

Qñ Impator Institutiones confici iussit? Post Libros 50. Digestorũ, seu Pandectarũ, in quibus omne ius antiquum collectum est.

Quas ex omnibus.

Vnde collectæ sunt istæ Institutiones? Ex Caij, aliorumq; Commentarijs.

§. Fin.

Quid Institutiones cõtinent? Prima legũ cunabula, seu Legitimę sciẽtiæ prima elemẽta, §. Igitur. L I-

LIBER PRIMVS

DE IVSTITIA, ET IVRE.

TITVLVS PRIMVS.

In principio.



VID est Iustitia? Est constãs, & perpetua voluntas, ius suũ vnicuique tribuens.

§. I.

Quid est Iurisprudentia? Est diuinarum atq; humanarum rerum notitia, iusti, atq; iniusti scientia.

§. His igitur.

Quomodo iura commodè exponi, tradiq; põt? Primo leui & simplici via: deinde diligentissima, atq; exactissima interpretatione. Quid faciunt, qui multitudine ac rerum varietate studiosum onerant? Aut desertorem studiorum efficiunt, aut serum assecutorem.

§. Iuris præcepta.

Quæ sunt iuris præcepta? Honestum viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere.

§. Fin.

§. Fin.

Quot sunt huius studij positiones? Duæ: Publicum, & Priuatum Publicum ius ad statum rei Romanæ spectat: Priuatum ad singulorum vtilitatem.

Ex quibus collectum est ius Priuatum? Ex præceptis naturalibus, gentium, & ciuilibus.

De iure naturali, gentium, & ciuili. Tit. II.

In principio.

QVID est ius naturale? Est qđ natura oĩa animalia docuit: vt liberos procreare, & educare. §. I.

Quid est ius gentium? Est quod apud omnes populos peræq; custoditur, appellaturq; commune ius omnium hominum.

Quid est ius ciuile? Est quod quisq; populus ipse sibi constituit, & id ipsius propriũ ciuitatis est.

§. Sed ius quidem.

Vnde appellatur ius ciuile? Ex vnaquaque ciuitate, veluti Atheniensium.

Quale ius intelligimus, si nomen ciuitatis

non addimus? Ius Romanum.

Ius autem gentium.

Vnde appellatur ius gentiũ? Ex eo, quòd omni humano generi commune eſt.

Quæ ſunt iuris gentium? Bella, captiuitates, ſeruitutes, & omnes ferè contractus. Ferè inquam, propter contractus ciuiles.

Conſtat.

Quibus conſtat ius Romanum? Ex ſcripto, vel non ſcripto.

Quot ſunt ſcripti partes? Sex: Lex, Plebiſcitũ, Senatumconſultũ, Principũ placitũ, Magiſtratuũ edicta, Reſponſa prudentum.

Lex eſt.

Quid eſt lex? Eſt totius Populi Romani cõſtitutio.

Plebiſcitum.

Quid eſt plebiſcitum? Eſt quod plebs tantùm conſtituebat.

Senatuſconſultum.

Quid eſt Senatuſconſultum? Eſt quod Senatus conſtituit.

Sed & quod principi.

Quid eſt principis placitũ? Eſt quod Principi placuit, ſiue ꝑ decretũ, ſiue per epiſtolã, ſiue per edictũ. Appellatur etiã conſtitutiones;

nes: quarum aliæ personales, quæ ad exẽplũ non trahuntur: aliæ generales, quæ ad exemplum trahuntur: id est, quæ omnes tenent.

Prætorum.

Quid est Prætorũ edictũ? Est quod Prætor edixit: appellatur etiã ius honorarium.

Responsa prudentum.

Quę sunt responsa prudentum? Sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat iura condere.

Quis est Iurisconsultus? Est cui de iure respondendi à Cæsare ius datum est, à cuius responso Iudici recedere non licet.

Ex non scripto.

Quid est ius non scriptum? Est quod vsus approbauit: & dicitur Consuetudo.

Et non ineleganter.

Vnde fluxit ius ciuile? Ab institutis Lacedæmoniorum, qui non scripto, & Atheniensium, qui scripto iure vtebantur.

Sed naturalia.

Quæ iura non mutantur? Naturalia, & gentium. Ciuilia veiò mutari solent.

§. Fin.

Quorsũ ptinent iura? Ad personas, res, & actiones.

De iure personarum. Tit. III.

In principio.

QVAE est prima personarum diuisio? Primo hominũ alij sunt liberi, alij serui.

§. I.

Quid est libertas? Est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi, aut iure prohibetur.

§. Seruitus autem.

Quid est seruitus? Est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno cõtra naturam subijcitur.

Serui autem ex eo.

Serui vnde appellati sunt? Quòd Imperatores captiuos vẽdere iubẽt, ac ꝑ hoc seruare, nec occidere solent. Dñi quoq; mancipia, eo quod ab hostibus manucapiuntur.

Serui autem aut.

Vnde eueniunt serui? Ex ancillis, captiuitate, iure gentiũ, aut spontea vẽditione iure ciuili. §. Fin.

Quid interest inter seruos? Nihil. Quid inter liberos? Alij sũt ingenui, alij libertini.

De ingenuis. Tit. IIII.

In principio, & §. I.

QVIS est ingenuus? Qui ex matre, quæ vel conceptionis, vel medio, aut saltem natiuitatis tempore libera fuit, natus est.

§. Fin.

Officitne ingenuo nato manumisso? Non.

De libertinis. Tit. V.

In principio.

QVI sūt libertini? Qui ex iusta seruitute manumissi sūt. Quid est manumissio? Est datio libertatis. §. I.

Vbi, aut quibus modis manumissio procedit? In Ecclesijs, vindicta, inter amicos, epistola, testamento, & alijs modis.

Serui vero.

Vbinam per Magistratū fieri potest manumissio? Vbicunque, aut Prætoris, aut Præsidis, seu Proconsulis fieri potest copia.

§. Fin.

Quotuplex erat olim libertinorum status? Triplex: quidā enim erat maior, vt Ciuiū Romano.

manorũ: quidã minor, vt Latinorũ: alius inferior, vt dediticiorũ. Hodie vnicus est status, id est, omnes liberti Ciues sunt Romani.

Quibus ex causis manumittere non licet. *Tit. VI.*

In principio.

QVibus ex causis manumittere nõ licet? In fraudẽ creditorũ. §. I.

Poteſtne quis ſine fraude creditorũ manumittere? Poteſt ſi ſeruum ſuũ cum libertate hæredem inſtituit ſolum, & neceſſarium.

§. Idemq; iuris.

Põtne qs etiã ſine libertate ſeruũ hæredem inſtituere? Põt: ſed nihilominus libertas ſeruo cõpetit. In fraudem.

Quis videtur in fraudem creditorum manumittere? Qui aut conſilio manumittit, id eſt, ſciens ſe ſoluendum non eſſe, aut euentu accidit, quod ſoluendo eſſe nequeat.

Eadem lege.

Licètne domino minori 20. annis manumittere? Licet, vindicta, videlicet apud conſilium iuſta manumiſsionis cauſa approbata.

§. Fin.

§. Fin.

Sed eratne ferẽdum, ꝙ ei qui quat... cim annos expleuerat, licebat quidem te... mentum facere; ſeruo autem libertatẽ dare non licebat? Non erat ferẽdum. Sed quia libertas res ſit inæſtimabilis, mediam viam Imperator eligens, domino non niſi, qui decimum ſeptimum annum impleuerit, & decimum octauum annum attigerit, in teſtamentis libertatem ſeruo darè conceſſit.

De lege fuſia caninia tollenda.
Tit. VI...

In principio.

QVÆ erat lux Fuſia Caninia? Hæc erat, per quam non licebat, niſi certũ ſeruorum numerum in teſtamento manumittere: quod erat inhumanum, & ideò ſublata eſt.

De his qui ſui, vel alieni iuris ſunt. Tit. VIII.

In principio.

QVAE eſt alia perſonarum diuiſio? Secun-

do quædam ſui iuris ſunt, quædam alieno ſubiectæ ſunt. Quæ autem alieno iuri ſubiectę ſunt, rurſus diuidũtur; ſunt enim aliç quidem in poteſtate parentum; aliæ verò in poteſtate dominorum.

§. I.

Qui ſunt in poteſtate dominorum? Serui, & omnia quæcunque adquirunt.

§. Fin.

Quando coguntur dñi ſeruos ſuos vendere? Quando ſerui ab eis, vel famem, vel intolerabilem patiuntur iniuriam.

De Patria poteſtate. Tit. IX.

In principio.

QVI ſunt in poteſtate Patris? Liberi, qui ex iuſtis nuptijs procreantur.

Nuptiæ ſiue matrimonium quid eſt? Eſt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitę conſuetudinem continens.

§. Fin.

Eſtnè hoc ius patriæ poteſtatis omnium hominum? Non: ſed tantum ciuium Romanorum.

In cuius potestate sunt filiorum liberi, id est, nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, & deinceps? Æque in patris, id est, eorum Aui paterni potestate.

In cuius potestate sunt filiorum liberi? Isti in potestatem Aui materni non cadunt, sed in potestate patris sui sunt.

De Nuptijs. Tit. X.

In principio.

QVI contrahunt iustas nuptias? Ciues Romani, legitimæ ætatis, consensu parentum coeuntes.

§. I.

Inter quas personas contrahi nuptiæ non possunt? Inter patrem, & filiam, auum, & neptem, matrem & filium, auiam & nepotē, & vsque in infinitum. Hoc obtinet etiam, si per adoptionem parentum, liberorumue loco sibi esse cœperint.

§. Inter eas quoque.

Suntne etiam inter fratrē & sororem prohibitæ nuptiæ? Sunt, nisi soror adoptiua emancipetur: vel contra

ſponſa filij, & ſponſa patris.

Illud certum eſt.

Poſſuntne ſerui, & ſeruæ cognati manumiſſi contrahere? Non poſſunt.

Sunt & aliæ.

Suntne & aliæ perſonæ, quæ contrahere prohibentur? Sunt, ſed in Digeſtis enumerantur.

Si aduerſus ea.

Habentne contra legum iſtarum præcepta coeuntes, dotis & donationis exactionem? Non habent.

Suntne liberi contra leges nati in poteſtate Patris? Non ſunt.

§. Fin.

Quomodo autem in poteſtate rediguntur liberi illegitimi? Si curiæ dentur, vel inſtrumenta componantur dotalia.

De adoptionibus. *Tit. XI.*

In principio.

QVI deinde ſunt in poteſtate Patris? Etiam adoptiui.

Et tam filium.

Possuntne etiã filiũ alienũ in locũ nepotis, nepotem in locum filij adoptare? Potest.

Sed & si quis.

Possuntne quasi ex meo filio, quem iam habeo, nepotem adoptare? Non potes, nisi filius consentiat.

Potestne Auus nepotẽ ex filio in adoptionem dare? Potest etiam inuito filio.

In plurimis.

Potestne adoptatus non extraneus etiam alij in adoptionem dari? Potest.

Sed & illud.

Possuntne quibus generãdi spes adempta est, adoptare? Non possunt.

Fœmina quoque.

Possuntne & fœminę adoptare? Non, nisi in locum amissorum liberorum.

Illud proprium.

Quod est proprium arrogationis? Quòd arrogatus cum omnibus liberis suis potestati arrogatoris subijcitur.

§. Fin.

Possuntne & serui adoptari? Nõ possunt sed hoc facto, fiunt liberi.

Quibus modis ius patriæ potestatis solvitur. Tit. XII.

In principio.

QVibus modis ius patriæ potestatis solvitur? Primò, parentibus mortuis, aut emancipatis.

§. I.

Secundò, deportatis donec restituantur, non etiam relegatis.

§. Pœnæ.

Tertiò, pœnę seruis effectis, id est, in metallum damnatis, seu subiectis bestijs.

Filiusfamilias.

Quartò, filij patritij, id est, Imperatorum patres facti liberantur, non etiam Senatores, seu Consules.

Si ab hostibus.

Soluiturne etiam ius captiuitate? Non, sed in suspenso est iure postliminij.

Quid est ius postliminium? Est ius suspẽsum, non sublatum.

Præterea.

Quintò, liberantur potestate patria emancipati

ati liberi.

Quomodo hodie fit emancipatio? Apud agiitratus.

Quid iuris habent parentes in bonis emãpatorum liberorum? Idem quod patroni bonis libertorum,&tutelam impuberum.

Admonendi.

Poteſtne pater emancipare filium, nepo-e,vel nepte retentis: & contra? Poteſt.

Sed & ſi.

Sextò,ſoluitur poteſtas adoptione pleniſima,quando ſcilicet,auus,vel proauus adoptat nepotem.

Illud

In cujus poteſtate venit is, qui in vtero eſt? In eius. in cuius ſuit poteſtate conceptionis tempore.

Poteſtne filius patrem cogere; vt eũ manumittat? Non poteſt.

De Tutelis. Tit. XIII.

In principio.

QVAE eſt tertia perſonarum diuiſio? Tertio,perſonarum, quæ in poteſtate patris

e is non sunt, aliæ sunt in tutela, vel curatione, aliæ non sunt.

§. I.

Quid est tutela? Est ius atque potestas in caput liberum data, & ad tuendum eũ inuenta, qui propter ætate se defendere nequit.

§. Tutores.

Vnde dñr tutores? A tuendo, quasi tuitores.

Permissum.

Qui testaměto tutores dare pñt? Parentes filijs suis, & filiabus, necnon nepotibus, si in patris sui potestatem recusari non sint.

Cum autem.

Possuntne parentes, & posthumis tutores dare? Possunt si nihil impediat.

§. Fin.

Possuntne parentes, & emancipatis dare tutores? Possunt quidem, sed à præside confirmandos.

Qui testamento Tutores dari possint. Tit. XIIII.

In principio.

QVI testamento tutores dari possunt?

Pater-

amilias,& filiusfamilias: etiã & seruus
us. §. I.
estne & seruus alienus dari tutor? Po-
o conditione, si liber erit.

Furiosus.

estne & furiosus, vel minor 25. annis
tor? Potest quidem, sed neuter erit
isi aut ille compos mentis, vel hic ma
annis factus fuerit.

Ad certum.

stne tutor dari ad certum tempus, vel
o tempore, vel sub conditione? Potest,
utem rei, vel causæ non potest.

§. Fin.

tinenturne appellatione filiorum, &
ni? Continentur.
tinenturq; appellatione filiorum, &
? Non: sed appellatione liberorũ.

legitima agnatorum tutela.
Tit. XV.

In principio.

dantur Tutores, si ex testamẽto nul-
datus est? Legitimi, idest agnati.

§. I.

Agnati qui sunt? Agnati, sunt cognati per virilis sexus cognationem coniuncti, veluti frater ex eodem patre, patruus, amita, sed non amitu filius.

§. Fin.

Quomodo agnati impediuntur, ne tutores esse possint? Capitis deminutione.

De capitis deminutione.
Tit. XVI.

In principio.

QVID est capitis deminutio? Est prioris status commutatio: & est triplex, Maxima, Minor, Minima.

§. I.

Maxima quæ est? Ciuitatis, & libertatis amissio.

§. Minor.

Minor quę est? Ciuitatis tantum amissio.

Minima.

Minima quæ est? Ciuitate & libertate retenta, status tantum commutatio.

Ser-

Seruus.

Minuiturne seruus, si manumittitur? Nõ, quia caput non habuit,

Quibus.

Minuiturne capite Senatu motus? Non, quia magis dignitas, quàm status permutatur.

Quod autem.

Quomodo perit ius cognationis? Maxima capitis deminutione, seruitute scilicet, & deportatione.

§. Fin.

Ad quos agnatos tutela pertinet? Ad proximiores, aut pares gradibus.

De legitima patronorum tutela. Tit. XVII.

QVI sunt libertorum, & libertarum tutores? Patroni eorumq; liberi: quia vbi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet.

De legitima parentum tutela. Tit. XVIII.

QVI sunt mancipatorum tutores? Parentes.

De fiduciaria tutela. Tit. XIX.

QVI sunt emancipatorũ Tutores defunctis parentibus? Parentum liberi virilis sexus fiduciarij.

Qua ætate omnes tutores, vel curatore vocantur? Perfecta.

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia, & Titia dabatur. Titul. XX.

In principio.

i nullus omnino tutor fuerat, quo i consulebatur? Romæ quiden Attilianus à Prætore. in Pro uincij

uincijs verò Iulius,& Titianus à præsidibus.

§. I.

Si in testamẽto tutor sub conditione, aut pure, aut ex die certo datùs fuerat, vnde interim, donec conditio, aut hæres, aut tempus existeret, tutor petebatur? Ex eisdem legibus.

§. Ab hostibus.

Tutore ab hostibus capto, vnde petebatur tutor? Ex eisdem legibus.

Sed ex his.

Quandiù durauerunt istæ leges? Donec Consules, & Prætores exigebant cautiones, & compellebant tutores.

Sed hoc iure.

Qui postea creauerunt tutores? Prætores Vrbis, vel Prætor Romæ, Præsides autem in prouincia.

Nos autem.

Quomodo hodie creantur tutores, & curatores? Per magistratus, & loci Episcopũ, ex inquisitione, si pupilli, vel adulti facultates vsque ad quingentos solidos valeant.

§. Fin.

Quandiù durat tutela? Vsque ad perfe-

ctam

ctam ætatem, deinde rationem reddunt tutores tutelæ iudicio.

De auctoritate tutorum. *Tit. XXI.*

In principio.

QVando tutoris auctoritas est necessaria? Si pnpillus promittit, si contrahit, ac quoties deterior eius fieri potest conditio.

§. Neque tamen.

Possuntne pupilli hæreditatē habere adire, vel bonorum possessionem petere, seu hæreditatem ex fideicommisso suscipere? Non possunt, nisi tutoris auctoritate.

Tutor.

Quando oportet tutorem auctorem fieri? Statim in ipso negotio, seu contractu.

§ Fin.

Si inter tutorem, & pupillum lis oritur; quid valet tutoris auctoritas? Nihil: sed interim curator datur.

Quibus modis tutela finiatur. *Tit. XXII.*

In principio.

QVibus modis tutela finitur? Primò, quã do pupilli, pupillæve ad pubertatẽ veniunt; masculi quidem post decimum quartum: fœminæ verò post duodecimũ annum.

§. I.

Secundo pupillo arrogato, deportato, in seruitutem redacto, ab hostibus capto.

§. Sed & si.

Tertiò, conditione in testamento scripta eueniente.

Simili modo.

Quartò, morte pupillorum, vel tutorum.

Sed & capitis.

Quintò, capitis deminutione pupilli: tutoris tamen non omnes tutelæ pereunt, nisi legitima, minima scilicet, capitis deminutione.

Præterea.

Sextò, tutore ad certum tempus dato.

§. Fin.

Septimò, tutore ſuſpecto, vel ex iuſta cauſa ſeſe excuſante.

De curatoribus. Tit. XXIII.

In principio.

A quibus dantur Curatores? Ab eiſdem magiſtratibus, quibus & tutores.

Quibus & quãdiù? Primò, maſculis quidem puberibus; fœminis verò viri potentibus vſque ad xxv. annum.

Daturne & teſtamento? Non: ſed dari à magiſtratu confirmari poſſunt.

Dãturne etiã inuitis? Non: niſi in litem.

Danturne etiã ad certã cauſam? Dantur.

§. I.

Secundò, furioſis, prodigis, mente captis, ſurdis, mutis, & perpetuo morbo laborantibus.

§. Interdum.

Tertiò, dantur & pupillis, ſi legitimis, ſeu teſtamentarius tutor non ſit idoneus.

Quartò, in locum tutoris ad tempus excuſati.

§. Fin.

§. Fin.

Quintò, in locum tutoris ægroti, vel alia necessitate impediti datur actor, qui & pupillus esse potest, si infans non sit.

De satisdatione tutorum, vel curatorum. Tit. XXIV.

In principio.

QVI tutores, vel curatores satisdare coguntur? Omnes, præter testamentarios, & ex inquisitione datos.

§. I.

Si plures sunt testamentarij, vel ex inquisitione dati, potest ne vnus administrare? Potest, si vel satisdationem offerat alijs, vel ab alijs eligatur, aut si dissenserint, à Prætore vnus præponatur: vel si is testamento à testatore adscriptus sit, qui gerere debeat.

§. Sciendum.

Qui tenentur pupillis, vel adultis, cæterisq; personis ex administratione? Non solum tutores, vel curatores, sed etiam illi, id est, magistratus, qui satisdationē accipiunt, actione in factum subsidiaria, quæ actio etiam in

 hære-

hæredes eorum extenditur.

§. Fin.

Teneturne oīs magiſtratus hac actione? Non: ſed tantum is, qui ſatiſdationem exigere ſolet. Alius enim eſt, qui dat tutores, alius qui exigit ſatiſdationem.

De excuſationibus tutorum, vel curatorum. Tit. XXV.

QVibus cauſis excuſantur tutores, vel curatores? Primò, propter liberos, ſi videlicet prius habeant certum liberorum numerum.

§. I.

Secundo propter fiſci adminiſtrationem.

§. Item qui

Tertiò propter abſentiam reip. cauſa.

Et qui.

Quartò propter poteſtatem.

Item propter.

Quintò propter litem inter tutorem, vel curatorem, & pupillum, vel adultum de omnibus bonis, vel hæreditate motam.

Item

Item tria.

Sextò propter tres tutelas, non ſtudio aſ-
ſectatas.

Sed & propter.

Septimò propter paupertatem.

Item propter aduerſum.

Octauò propter aduerſam valetudinem.

Similiter.

Nonò propter ignorantiam.

Item ſi propter.

Decimò propter inimicitias.

Item is qui.

Vndecimò propter ſtatus controuerſiam.

Item maior.

Duodecimò propter ætatem maiores ſe-
ptuaginta annis excuſantur: minores autem
vigintiquinque,& milites prohibentur.

Item Romæ.

Decimotertiò propter Grammaticæ, &
Rhetoricæ,& Medicinæ profeſſionem.

Qui autem excuſare.

Quod eſt tempus excuſationis? Quinqua-
ginta dierum intra centeſimum lapidem. Vl-
tra verò poſt dinumerationem viginti milliũ
in ſingulos itineris dies factam, adhuc tri-

ginta adduntur.

Datus.

Ad quid datus Tutor creditur? Ad vniuerſum patrimonium.

Qui tutelam.

Poteſtne qui tutelam geſſit, curator dari inuitus? Non poteſt.

Idem reſcripſerunt.

Poteſtne maritus vxori, ſiue curator datus ſe excuſare? Poteſt.

§. Fin.

Liberaturne, qui falſas allegat excuſationes? Non liberatur.

De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus. Tit. XXVI.

In principio.

QVI, & vbi poſſunt de ſuſpecto cognoſcere? Romæ Prætor, in Prouincia Pręſes, & Legatus Proconſulis.

§. I.

Qui ſuſpecti fieri poſſunt? Omnes.

§. Conſequens.

Qui poſſunt ſuſpectos poſtulare? Omnes, quin,

quin,& mulieres,verecundæ tamen.

Impuberes.

Possuntne,& impuberes postulare? Non possunt: puberes tamẽ curatores necessariorum suorum consilio rectè possunt.

Suspectus.

Quis est suspectus? Qui non ex fide tutorum gerit.

Suspectus autem remotus.

Suspectus remotus quando fit infamis? Si ob dolum remotus est. sin ob culpam, non æquè.

Si qui autem.

Poteſtne suspectus postulatus administrare? Non potest, donec iudicium finem accipiat. Sed si interim moritur, tunc extinguitur suspecti cognitio.

Si quis tutor.

Poteſtne tutor, qui pupillo alimenta non præstat, remoueri? Potest.

Sed si quis.

Quid fit cum eo tutore, qui negat propter inopiam alimenta pupillo decerni posse, & mentiatur? Ad puniendum remittitur.

Quid cum eo, qui data pecunia tutelæ mi

nisterium adquisierit, vel re demerit? Ad puniendum remittitur.

Nouissimè.

Estne is patiẽdus, qui satis quidem offert, fraudulenter tamen administrat? Non, sed remouendus.

§. Fin.

Poteſtne & pauper, tãquam suspectus remoueri? Non, modo fidus sit, & diligens.

Quis in summa suspectus putandus est? Qui tam perditis, afflictisque, & peruersus est moribus, vt vel ex his ostendi possit, suspectum eum esse.

LIBER SECVNDVS.

De rerum diuisione, & acquirendo ipsarum dominio.

TITVLVS PRIMVS.

In principio.

IN quot partes diuiduntur res? In quinque: quædam enim sunt communia, quędam publica, quædam vniuersitatis, quædam nullius, pleraque singulorum.

§. I.

Quę sunt communia? Aer, aqua profluēs mare, litus accedendi gratia.

Flumina.

Quæ ſunt publica? Flumina, & portus ad piſcandum.

Riparum.

Suntne & ripæ publicæ? Sunt quo ad vſum, non autem ad proprietatem.

Litorum.

Quis litorum vſus? Publicus, proprietas nullius.

Vniuerſitatis.

Quæ ſunt vniuerſitatis? Theatra, ſtudia, & ſimilia, quæ ciuitatis ſunt, non ſingulorũ.

Nullius.

Quæ ſunt nullius? Sacræ, religioſæ, & ſanctæ.

Sacræ.

Sacræ res quæ ſunt? Quæ ſunt ritè per Pontifices Deo conſecratæ, quæ & alienari, ſeu obligari prohibentur, niſi captiuorum redimendorum gratia.

Fitne locus ſacer diruto ędificio priuatus, ſeu profanus? Non, ſed manet ſacer.

Religioſum.

Religioſa quæ ſunt? Loca, in qua quis mortuum infert, inferendoq; religioſa facit, veluti ſepulcra.

San-

Sanctæ.

Sãctæ quæ ſunt? Muri, & portæ Ciuitatis.

Quare dicuntur ſanctæ? Quia in muros delinquentes puniuntur. Vnde & leges, quæ pœnas ſubiectas habent, Sanctiones vocãtur.

Singulorum.

Quæ ſunt ſingulorum? Quæ acquirũtur, aut iure naturali, ideſt, iure gentium, aut iure ciuili.

Feræ.

Quæ, & quomodo acquiruntur iure naturali? Quæ nullius ſunt, per occupationem, vt feræ beſtiæ, piſces, & volucres, & omnia animalia.

Vbi poſſum huiuſmodi animalia occupare? Vbique, niſi prohibeatur.

Illud quæſitum.

Eſtne fera beſtia à me vulnerata, ſtatim mea? Non, niſi etiam cęperis.

Apium.

Suntne apes occupantis? Sunt, quia ſunt feræ beſtiæ.

Quandiù ſunt occupantis? Tandiù, quandiù incluſas habes, aut etiam non difficulter proſequi potes.

Pauo-

Pauonum.

Quando animalia veluti apes, columbæ, pauones, cerui, quæ habent abeundi, & redeundi consuetudinem, occupari possunt? Quando consuetum reuertendi tempus deseruerint.

Gallinarum.

Suntne gallinæ, & anseres domestici occupantis? Non sunt.

Item ea quæ ex hostibus.

Suntne ea quæ ex hostibus capiuntur, occupantis? Sunt.

Item lapilli.

Cuius sunt lapilli pretiosi, & gemmæ, cæteraque, quæ in litore maris reperti solent? Inuentoris.

Item ea quę ex animalibus.

Cuius sunt ea, quæ ex animalibus nostris nascuntur? Nostra.

Præ area.

Cuius est id, quod per alluuionē agro alicuius adijcitur? Eius cuius est ager.

Quid est Alluuio, est incrementū latens.

Cuius est pars fundi vno impetu, non latenter detracta? Eius cuius est fundus, nisi arbo-

arbores secum tractæ in alienum fundum radices egerint.

Insula.

Cuius est insula in mari nata? Occupãtis.

Cuius est Insula in flumine nata? Distinguitur: aut est in medio flumine, & est communis propè ripam habitantium: aut in latere, & est eorum, qui ab ea parte propè ripam prędia possident.

Si flumen excurrens fundi mei partem in formam insulæ incluserit, cuius est ista pars? Tua permanet.

Quòd si naturali.

Cuius est alueus à flumine derelictus? Eorum, qui propè ripam eius prædia possident.

Cuius est nouus alueus? Eius cuius & ipsum flumen, hoc est, iuris publici.

Quid autem, si post aliquod tempus ad priorē alueus reuersum fuerit flumen? Tunc rursus nouus alueus eorum esse incipit, qui propè ripam eius prędia possident.

Sed quid, si cuius totus ager inundatus fuerit? Tunc inundatio fundi speciem non commutat.

Cum

Cum ex aliena.

Cuius est species, quam quis ex aliena ma teria fecerit? Distinguitur, aut in eandem materiam resolui potest, & erit eius, cuius fuerit materia, aut nō potest, & erit eius, qui speciem fecerit.

Quòd si partim.

Cuius est species, quàm quis partim ex sua, partim ex aliena fecerit materia? Facientis.

Si tamen alienam.

Qualem actionem habet is, cuius res ab alio surrepta in aliam speciem mutata atque extincta est? Furti actionem, & condictionem.

Si duorum.

Cuius est species ex materijs duorū dominorum, eorumque voluntate facta? Communis, aliàs secus.

Quod si frumentum.

Cuius est frumentum duorum voluntate mixtum? Est eorum commune.

Cuius est frumentum casu, id est fortuito aut sine vtriusque voluntate mixtum? Non est cōmune, sed alteri competit actio in rem

aduer

aduersus possidentem.

Cum in suo.

Cuius est domus ex aliena materia ædificata? Loci domini: sed pro materia duplũ præstare cogitur (scilicet loci dominus) actione, quæ vocatur de tigno iniuncto.

Ex diuerso.

Cuius est domus ex mea materia in alieno solo ædificata? Soli domini, & tibi vtiq; in alieno solo ædificare nõ ignoranti de materia nihil tenebitur.

Certe illud.

Si ego bona fide ex mea materia in alieno solo ædificaui, possumne exceptione doli, materiæ pretium, & fabrorum mercedem petere? Potes: aliàs non potes,

Si Titius.

Cuius est planta, seu arbor? Eius in cuius solo, seu fundo radices egerit.

Qua ratione.

Cuius sunt frumenta sata? Eadem ratione eius, in cuius solo coalèscunt: qui etiam bona fide seminanti ad impensas tenetur.

Literæ.

Cuius sunt literæ? Eius, cuius est charta, seu

De seruitutibus rusticorum prædiorum. Tit. III.

In principio.

RVsticorum prædiorum iura quæ sunt? Iter, actus, aquæductus.

Quid est iter? Est ius eundi tantũ hominis.

Quid est actus? Est ius agendi iumentũ, & plaustrum ducendi.

Quid est via, est ius lapidem, & tignũ trahendi, necnon & hastam rectam ferendi.

Quid aquęductus? Est ius aquæ ducendæ per fundum alienum.

Prædiorum.

Vrbanorum prædiorum seruitutes, quæ sunt? Quæ ædificijs, siue in Vrbe, siue in Villa inhærent, veluti ius tignum immittẽdi stillicidij proijciendi, altius ædificandi.

Inter

Suntne, & alia rusticorum prædiorum iura? Sunt, ius aquam hauriendi, pecoris ad aquam appellendi, pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

Ideo.

Cur dicuntur seruitutes prædiorũ? Quoniam sine prædijs hinc inde constitui non possunt.

§. Fin.

Quibus modis constituuntur seruitutes? Pactis, stipulationibus, & testamento.

De vsufructu. Tit. IIII.

In principio.

QVID est vsusfructus? Est ius alienis vtendi & fruendi rebus, salua earũdẽ rerum substantia.

§. I.

Quibus modis constituitur vsufructus? Pactionibus, stipulationibus, & testamẽto.

§. Constituitur.

In quibus rebus potest vsusfructus consti tui? In omnibus rebus, exceptis, quæ vsu consumuntur: nisi & hoc nomine hæredi vtiliter caueatur.

§. Fin.

Quibus modis extinguitur vsusfructus? Morte vsufructuarij, capitis deminutioni-

bus

bus maxima, & media, non vtendo per modum conuentum, & tempus constitutum. Cedendo proprietario vsumfructum, vsufructuario proprietaté acquirente, rebus fruendis incendio consumptis, terræ motu subsidentibus, vel vetustate concidentibus.

De vsu, & habitatione. Tit. V.

In principio.

QVibus modis constituitur vsus? Eisdem, quibus & vsusfructus.

Quid interest inter vsum, & vsumfructũ? Qui vsum habet, is vtitur tantum ad vsum quotidianum, veluti oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, & lignis. Vsufructuarius verò non modo ita vtitur, sed ius quod habet, locare, vendere, & gratis concedere potest.

§. I.

Quale ius habet, qui ædium ius habet? Vt ipse tantum cum vxore, liberis, libertis, seruis, & hospite inhabiliter; nec ius ad aliũ transferat.

Item is ad quem.

Quale ius habet, qui habitationē habet? Non ſolum in ea habitare, ſed etiam alijs locare poteſt.

§. Fin.

Quale ius habet, qui ſerui, vel iumenti, vel pecorum vſum habet? Opere, miniſterio, & ſtercore vti poteſt, fructibus, veluti lacte, lana, & fœtibus frui non poteſt.

De vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus. Tit. VI.

In principio.

QVAE, & quomodo acquiruntur iure ciuili? Res mobiles, & immobiles, bona fide: mobiles quidem per triennium, immobiles verò longi temporis poſſeſſionem, id eſt, ſi præſentes ſint domini decennio: ſin abſentes, viginti annis elapſis vſucapiuntur.

§. I.

Poſſuntne liber homo, res ſacra, vel religioſa, vel ſeruus fugitiuus vſucapi? Non poſſunt.

§. Furtiuæ.

Poteſtne furtiua,& vi poſſeſſa res vſucapi? Non poteſt.

Quid eſt res furtiua? Quæ vel apud furẽ manet, vel etiam apud eum, qui bona fide à fure emerit.

Sed tamen id.

Poteſtne res defuncto commodata, ſeu locata, vel apud eum depoſita: deinde ab hærede bona fide alienata vſucapi? Poteſt.

Poteſtne partus ancillæ à iuris ignorante vſufructuario venditus vſucapi? Poteſt.

Quod autem.

Poteſtne res ſoli, abſente, aut negligente domino ſine vi, licet mala fide poſſeſſa, deinde alij bona fide accipienti tradita, vſucapi? Poteſt, quia vitio caret.

Aliquando.

Poteſtne aliquando res furtiua, vel vi poſſeſſa vſucapi? Poteſt quando videlicet in poteſtatem domini reuerſa fuerit: tunc enim vitium rei purgatum eſt.

Res Fiſci.

Poteſtne res fiſci vſucapi? Non poteſt.

Nouissimè.

Poteſtne res vitioſa aliquo modo vſucapi? Non poteſt.

Error.

Poteſtne res, quam ego me emiſſe, vel dono accepiſſe putabam, vſucapi? Non poteſt.

Proſuntne tẽpora defuncti, bona fide præſcribentis, vel vſucapientis, hæredi, ſeu bonorum poſſeſſori, licet prædium alienum ſcianti? Proſunt.

Sed quid, ſi defunctus mala fide cępit, & hæres bona fide ſuccedit? Non proſunt hæredi?

Inter venditorem.

Proſuntne, & emptori venditoris tempora? Proſunt.

§. Fin.

Res aliena à Fiſco, ſeu Imperatore empta aut dono accepta; quanto tempore acquiritur? Statim quidem acquiritur, ſed quadriennium datur, intra quod rei dominus aduerſus fiſcum experiri poteſt.

De donationibus. Tit. VII.

In principio.

ACquiriturne, & alijs modis iure ciuili res? Etiam nempè donationibus.

Quot sunt genera donationum? Duo, vna mortis causa dicitur, altera inter viuos, quæ est mortis causa donatio? Quæ propter mortis fit suspicionem, qua non consecuta, reuocari potest.

§. I.

Quæ est inter viuos donatio? Est quæ sine vlla mortis cogitatione, & temerè reuocari non potest.

Quomodo perficiuntur donatione? Scriptis, aut sine scriptis, sineque insinuatione, vsque ad quingentos solidos.

Sciendum.

Possuntne reuocari donationes? Possunt, ob ingratitudinem accipientis, & alias certas causas.

Est & aliud genus.

Quæ est donatio propter nuptias? Est quę nuptias non solum præcedere, sed etiã post contra-

contractas, vel ex parte fieri, vel sumere initium potest.

§. Fin.

Cuius est pretium serui communis à socio manumissi? Consocij à manumissore restituendum.

Quibus alienare liceat, vel non. Tit. VIII.

In principio.

QVibus alienare licet, vel non? Primum marito alienare dotale prædium, etiā consentiente non licet muliere.

§. I.

Secundo creditori pignus ex pactione alienare licet.

Nunc admonendi.

Tertio pupillo, & pupillæ nullam rem sine tutoris auctoritate alienare licet.

Quid sit, si mutuū dedit pupillus? Distinguitur: aut enim alicubi numi extant, & vindicari possunt, aut bona quidem fide cōsumpti sunt, & condici possunt: si vero mala, ad exhibendum agitur.

At ex contrario.

Poteſtne aliquid pupillo dari? Poteſt.

Poteſtne debitor pupillo ſoluere? Non poteſt ſine tutoris auctoritate, & iudiciali ſententia. Sed quid, ſi fiat? Diſtinguitur: aut enim pupillus ſaluam habet pecuniam, vel locupletior factus eſt, & nihil petere poteſt; aut conſumpſit, & tunc debitor nihilominus condemnabitur.

§. Fin.

Poteſtne pupillus debitori ſoluere? Non poteſt.

Per quas perſonas nobis acquiratur. Tit. IX.

In principio.

PER quas perſonas nobis acquiritur? Per nos ipſos, & per eos quos in poteſtate habemus, per ſeruos, in quibus vſumfructum habemus per homines liberos, & per ſeruos alienos, quos bona fide poſſidemus.

§. I.

Quid ſi ſi filius aliquid acquirit? Diſtinguitur: aut enim quid ex re patris ei obue-

nit, & acquirit patri: aut ex alia causa, & sibi acquirit dominium, patri verò vsumfructum.

Hoc quoque.

Quantũ pater emãcipando filium ex eius rebus, quæ acquisitionem suam effugiunt retinere potest? Dimidiam partem, non dominii rerum, sed vsusfructus.

Item vobis.

Quæ per seruos nobis acquiri possunt? Omnia etiam ignorantibus, & nolentibus: excepta hæreditate. Etiam dominis acquiritur hæreditas, cum eorum iussu serui hanc adierint, quam nisi iussu nostro adire non possunt.

De ijs autem.

Quid fit de acquisitis à seruis, in quibus tantum vsumfructum habemus? Distinguitur: aut ex re mea, & suis operis aliquid lucri seruus contrahit, & mihi acquirit: aut extra istas caussas operibus veluti legatum, aut donationem, & proprietario acquirit.

Idem placet.

Quid fit de seruis alienis, seu liberis, quæ bona fide possidemus? Idem quod in eis in

quibus tantum vsumfructum habemus: videlicet quod extra istas duas causas alteruter acquirit, id vel ad ipsum pertinet, si liber est: vel ad dominum si seruus est.

Possumusne, & per alias personas hic supra non nominatas, id est, extraneas aliquid acquirere? Non possumus, excepto procuratore, per quem non solum scientibus, sed etiam ignorantibus nobis acquiritur.

§. Fin.

Quibus modis per vniuersitatem res nobis acquiruntur? Hæreditate bonorum possessione, arrogatione, addictione: ijs enim modis res omnes ad nos transeunt.

Quomodo acquirimus hæreditatem? Vel ex testamento, vel ab intestato.

De Testamentis ordinandi.

Tit. X.

In principio.

QVo modo olim testamenta ordinabantur? Calatis comitijs, procinctu, per æs & libram, postremò septem testibus.

§. I.

§. I.

Quomodo hodie ordinantur? Septem testium præsentia, testatoris, & testium subscriptione, testium signaculis, & hæredis per manum testatoris expressione.

Possunt.

Poteftne, & vno annulo testamentum signari? Potest.

Testes.

Qui possunt esse testes in testamento? Omnes, qui vel hæredes esse, vel hæredes scribere possunt, exceptis muliere, impubere, muto, surdo, furioso, prodigo, seruo, improbo, intestabilique.

Sed cum aliquis.

Valetne testamẽtum, quod seruus qui credebatur liber, signauit? Valet.

Pater.

Possuntne ex eadem familia ad testamentum, seu negotium alienum plures testes adhiberi? Possunt: in proprio vero negotio, seu testamento non possunt.

Sed neque.

Possuntne hæres, & qui ei coniuncti sunt in testamento testes esse? Non possunt.

Lega-

Quibus non sit permissum facere testamen. Tit. XII.

In principio.

QVibus non est permissum facere testamentum? Primum his, qui alieno iuri subiecti sunt, exceptis filijsfamilias, militibus, & veteranis, qui in castrensi peculio, vel quasi castrensi testari possunt.

§. I.

Secundò impuberibus, & furiosis.

Item prodigus.

Tertiò, prodigis, quibus bonorum administratio interdicta est.

Item surdus.

Quartò surdis, & mutis nisi certis casibus.

Cæcus.

Quintò, cæcis, nisi per obseruationem legis diui Iustiniani.

§. Fin.

Sextò, captiuis.

Ideo.

Cur dicuntur seruitutes prædiorũ? Quoniam sine prædijs hinc inde constitui non possunt.

§. Fin.

Quibus modis constituuntur seruitutes? Pactis, stipulationibus, & testamento.

De vsufructu. Tit. IIII.

In principio.

QVID est vsusfructus? Est ius alienis vtendi & fruendi rebus, salua earundẽ rerum substantia.

§. I.

Quibus modis constituitur vsufructus? Pactionibus, stipulationibus, & testamẽto.

§. Constituitur.

In quibus rebus potest vsusfructus constitui? In omnibus rebus, exceptis, quæ vsu consumuntur: nisi & hoc nomine hæredi vtiliter caueatur.

§. Fin.

Quibus modis extinguitur vsusfructus? Morte vsufructuarij, capitis deminutionibus

bus maxima, & media, non vtendo per modum conuentum, & tempus constitutum. Cedendo proprietario vsumfructum, vsufructuario proprietatẽ acquirente, rebus fruendis incendio consumptis, terræ motu subsidentibus, vel vetustate concidentibus.

De vsu, & habitatione. Tit. V.

In principio.

QVibus modis constituitur vsus? Eisdem, quibus & vsusfructus.

Quid interest inter vsum, & vsumfructũ? Qui vsum habet, is vtitur tantum ad vsum quotidianum, veluti oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, & lignis. Vsufructuarius verò non modo ita vtitur, sed ius quod habet, locare, vendere, & gratis concedere potest.

§. I.

Quale ius habet, qui ædium ius habet? Vt ipse tantum cum vxore, liberis, libertis, seruis, & hospite inhabiliter; nec ius ad aliũ transferat.

Item is ad quem.

Quale ius habet, qui habitationē habet? Non ſolum in ea habitare, ſed etiam alijs locare poteſt.

§. Fin.

Quale ius habet, qui ſerui, vel iumenti, vel pecorum vſum habet? Opere, miniſterio, & ſtercore vti poteſt, fructibus, veluti lacte, lana, & fœtibus frui non poteſt.

De vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus. Tit. VI.

In principio.

QVAE, & quomodo acquiruntur iure ciuili? Res mobiles, & immobiles, bona fide: mobiles quidem per triennium, immobiles verò longi temporis poſſeſſionem, id eſt, ſi præſentes ſint domini decennio: ſin abſentes, viginti annis elapſis vſucapiuntur.

§. I.

Poſſuntne liber homo, res ſacra, vel religioſa, vel ſeruus fugitiuus vſucapi? Non poſſunt.

§. Furtiuæ.

Poteſtne furtiua,& vi poſſeſſa res vſucapi? Non poteſt.

Quid eſt res furtiua? Quæ vel apud furẽ manet, vel etiam apud eum, qui bona fide à fure emerit.

Sed tamen id.

Poteſtne res defuncto commodata, ſeu locata, vel apud eum depoſita: deinde ab hærede bona fide alienata vſucapi? Poteſt.

Poteſtne partus ancillæ à iuris ignorante vſufructuario venditus vſucapi? Poteſt.

Quod autem.

Poteſtne res ſoli, abſente, aut negligente domino ſine vi, licet mala fide poſſeſſa, deinde alij bona fide accipienti tradita, vſucapi? Poteſt, quia vitio caret.

Aliquando.

Poteſtne aliquando res furtiua,vel vi poſſeſſa vſucapi? Poteſt quando videlicet in poteſtatem domini reuerſa fuerit:tunc enim vitium rei purgatum eſt.

Res Fiſci.

Poteſtne res fiſci vſucapi? Non poteſt.

Nouissimè.

Poteſtne res vitioſa aliquo modo vſucapi? Non poteſt.

Error.

Poteſtne res, quam ego me emiſſe, vel dono accepiſſe putabam, vſucapi? Non poteſt.

Proſuntne tẽpora defuncti, bona fide præſcribentis, vel vſucapientis, hæredi, ſeu bonorum poſſeſſori, licet prædium alienum ſcianti? Proſunt.

Sed quid, ſi defunctus mala fide cepit, & hæres bona fide ſuccedit? Non proſunt hæredi?

Inter venditorem.

Proſuntne, & emptori venditoris tempora? Proſunt.

§. Fin.

Res aliena à Fiſco, ſeu Imperatore empta aut dono accepta; quanto tempore acquiritur? Statim quidem acquiritur, ſed quadriennium datur, intra quod rei dominus aduerſus fiſcum experiri poteſt.

De donationibus. Tit. VII.

In principio.

Acquiriturne, & alijs modis iure ciuili res? Etiam nempè donationibus.

Quot sunt genera donationum? Duo, vna mortis causa dicitur; altera inter viuos, quæ est mortis causa donatio? Quæ propter mortis fit suspicionem, qua non consecuta, reuocari potest.

§. I.

Quæ est inter viuos donatio? Est quæ sine vlla mortis cogitatione, & temere reuocari non potest.

Quomodo perficiuntur donatione? Scriptis, aut sine scriptis, sineque insinuatione, vsque ad quingentos solidos.

Sciendum.

Possuntne reuocari donationes? Possunt, ob ingratitudinem accipientis, & alias certas causas.

Est & aliud genus.

Quæ est donatio propter nuptias? Est quæ nuptias non solum præcedere, sed etiã post

contra-

contractas, vel ex parte fieri, vel sumere initium potest.

§. Fin.

Cuius est pretium serui communis à socio manumissi? Consocij à manumissore restituendum.

Quibus alienare liceat, vel non.

Tit. VIII.

In principio.

QVibus alienare licet, vel non? Primum marito alienare dotale prædium, etiã consentiente non licet muliere.

§. I.

Secundo creditori pignus ex pactione alienare licet.

Nunc admonendi.

Tertio pupillo, & pupillæ nullam rem sine tutoris auctoritate alienare licet.

Quid fit, si mutuũ dedit pupillus? Distinguitur: aut enim alicubi numi extant, & vindicari possunt, aut bona quidem fide cõsumpti sunt, & condici possunt: si vero mala, ad exhibendum agitur.

At ex contrario.

Poteſtne aliquid pupillo dari? Poteſt.

Poteſtne debitor pupillo ſoluere? Non poteſt ſine tutoris auctoritate, & iudiciali ſententia. Sed quid, ſi fiat? Diſtinguitur: aut enim pupillus ſaluam habet pecuniam, vel locupletior factus eſt, & nihil petere poteſt; aut conſumpſit, & tunc debitor nihilominus condemnabitur.

§. Fin.

Poteſtne pupillus debitori ſoluere? Non poteſt.

Per quas perſonas nobis acquiratur. Tit. IX.

In principio.

PER quas perſonas nobis acquiritur? Per nos ipſos, & per eos quos in poteſtate habemus, per ſeruos, in quibus vſumfructum habemus per homines liberos, & per ſeruos alienos, quos bona fide poſſidemus.

§. I.

Quid ſit ſi filius aliquid acquirit? Diſtinguitur: aut enim quid ex re patris ei obuenit

nit, & acquirit patri: aut ex alia causa, & sibi acquirit dominium, patri verò vsumfructum.

Hoc quoque.

Quantū pater emācipando filium ex eius rebus, quæ acquisitionem suam effugiunt retinere potest? Dimidiam partem, non domini rerum, sed vsus fructus.

Item vobis.

Quæ per seruos nobis acquiri possunt? Omnia etiam ignorantibus, & nolentibus: excepta hæreditate. Etiam dominis acquiritur hæreditas, cum eorum iussu serui hanc adierint, quam nisi iussu nostro adire non possunt.

De iis autem.

Quid fit de acquisitis à seruis, in quibus tantum vsumfructum habemus? Distinguitur: aut ex re mea, & suis operis aliquid lucri seruus contrahit, & mihi acquirit: aut extra istas caussas operibus veluti legatum, aut donationem, & proprietario acquirit.

Idem placet.

Quid fit de seruis alienis, seu liberis, quæ bona fide possidemus? Idem quod in eis in

quibus tantum vſumfructum habemus: videlicet quod extra iſtas duas cauſas alteruter acquirit, id vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt: vel ad dominum ſi ſeruus eſt.

Poſſumusne, & per alias perſonas hic ſupra non nominatas, id eſt, extraneas aliquid acquirere? Non poſſumus, excepto procuratore, per quem non ſolùm ſcientibus, ſed etiam ignorantibus nobis acquiritur.

§. Fin.

Quibus modis per vniuerſitatem res nobis acquiruntur? Hæreditate bonorum poſſeſſione, arrogatione, addictione: ijs enim modis res omnes ad nos tranſeunt.

Quomodo acquirimus hæreditatem? Vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.

De Teſtamentis ordinandis.

Tit. X.

In principio.

QVO modo olim teſtamenta ordinabantur? Calatis comitijs, procinctu, per æs & libram, poſtremò ſeptem teſtibus.

§. I.

Quibus non sit permissum facere testamen. Tit. XII.

In principio.

QVibus non est permissum facere testamentum? Primum his, qui alieno iuri subiecti sunt, exceptis filijsfamilias, militibus, & veteranis, qui in castrensi peculio, vel quasi castrensi testari possunt.

§. I.

Secundò impuberibus, & furiosis.

Item prodigus.

Tertiò, prodigis, quibus bonorum administratio interdicta est.

Item surdus.

Quartò surdis, & mutis nisi certis casibus.

Cæcus.

Quintò, cæcis, nisi per obseruationem legis diui Iustiniani.

§. Fin.

Sextò, captiuis.

De exhæredatione liberorum. Tit. XIII.

In principio.

QVo modo liberi sunt exhæredandi? Nominatim, non silentio prætereundi: alioqui inutile est testamentum.

§. I.

Dic quomodo nominatim? Titius filius meus, exhæres esto Vel (si alius filius non extet) filius meus exhæres esto.

§. Posthumi.

Suntne & posthumi nominatim exhæredandi? Sunt.

Quomodo? Sic: Quicunque mihi filius genitus fuerit, exhæres esto: alias simulatq; nati fuerint, testamentum rumpunt.

Posthumorum.

Quomodo nepos, neptisve sunt exhæredandi? Vnà cum suis hæredibus.

Emancipatos.

Suntne & emancipati nominatim exhæredandi? Sunt filij quidem: filiæ verò etiam inter cæteros.

Ado-

Adoptiui.

Suntne & adoptiui exhæredandi? Sunt, si in potestate patris adoptiui maneant.

Sed hæc quidem.

Eratne olim differentia inter masculos, & fœminas exhæredandos? Erat, sed hodie est sublata.

Sed si in expeditione.

Potestne miles in expeditione occupatus liberos suos silentio præterire? Potest, si liberos se habere certo sciuerit.

§. Fin.

Potestne mater, vel auus maternus, liberos suos præterire silentio? Potest, sed seruatur eis adminiculum inofficiosi testaméti.

De hæredibus. Tit. XIV.

In principio.

QVAE personæ hæredes institui possunt? Liberi, & serui tàm proprij, quàm alieni.

§. I.

Potestne seruus adulterio reus à domina sua qua cum adulterium commisisse dicitur

hæres inſtitui? Non poteſt.

Seruus autem à domino.

Cogiturne ſeruus proprius inſtitutus hæreditatem adire? Cogitur; ideò enim dicitur hæres neceſſarius.

Alienus.

Quomodo alienus ſeruus inſtitutus adit hæreditatem? Iuſſu domini ſui.

Seruus etiam alienus.

Poteſtne ſeruus alienus, etiam poſt mortem domini, vel domino adhuc in vtero exiſtente, inſtitui? Poteſt.

Seruus autem plurium.

Poteſtne ſeruus plurium dominorum inſtitui? Poteſt.

Et vnum.

Poſſuntne plures, quàm vnus hæres inſtitui? Poſſunt.

Hæreditas.

In quot partes diuiditur hæreditas? In duodecim.

Quæ ſunt harum partium nomina? Vncia, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.

Si plures.

Cogiturne testator hæreditatem in partes distribuere? Nō cogitur: nisi nolit ex æquis partibus hæredes esse.

Videamus.

Quid autem si pars vacat, aut deest? Tunc accrescit, aut decrescit hæredibus.

Et si plures.

Sed quid si plures vnciæ, quàm duodecim distributæ sunt? Tunc hæreditas in dupondium, idest, duos asses, hoc est, vigintiquatuor partes, vel etiam in sex, & triginta partes diuidi potest.

Quid habetis, qui sine parte institutus est? Reliquum quod deest dupondio, vel tripondio.

Hæres.

Poteſtne hæres institui pure, & sub conditione? Potest vtrouis modo.

Sed quid, si ex tempore certo, vel ad certum tempus instituitur hæres? Perinde est, ac si pure institutus fuisset.

Impossibilis.

Quid autem, si sub cōditione impossibili hæres instituatur? Perinde quoque est, ac

pure institutus fuisset.

Si plures.

Sed quid dicis, si quis sub pluribus cōditionibus coiunctim, vel separatim, & disiunctim institutus est? Si quidem coniunctim, omnium euentus expectandus est: Sin verò separatim, cuicunque voles parere sufficit.

§. Fin.

Potestne quis instituere hæredes, quos nunquam viderit? Potest.

De vulgari substitutione. Tit. XV.

In principio.

QVo nam pacto consulitur testatori, si forte hæres, aut hæredes plures hæreditatem recusarent? Testator potest alios instituere: idest substituere, & dicere: Si ille hæres non erit, iste hæres esto. Si iste non erit, tertius esto, & ita deinceps in infinitum.

§. I.

Poteste quis plures in vnius, vel vnũ in pluriũ, vel singulos in singulorũ locum: vel ipsos etiã heredes inuicẽ substituere? Potest.

§. Et

§. Et ſi ex diſparibus.

Quam partem habiturus eſt is, qui ſubſtituitur? Eam quam haberet is, in cuius locum ſubſtituitur.

Sed ſi inſtituto.

Vtrius partem habiturus eſt ſubſtituti ſubſtitutus? (ideſt, quidã tertius.) Amborum, ſi ambo omiſerint.

§. Fin.

Quam partem habiturus eſt ſubſtitutus inſtituto ſeruo, quem teſtator credebat eſſe liberum? Dimidiam.

Quomodo iſta verba, Si hæres non erit, accipis: ideſt, ſi neque ipſe, neque is, cui acquirit, hæres erit.

De pupillari ſubſtitutione.
Tit. XVI.

In principio.

QVomodo conſulitur teſtatori, ſi filius hæres, hæreditatum quidem nõ recuſaret, tamẽ antequàm pubes factus ſit, decederet? Hoc timens teſtator, poteſt loco filij inſtituere alium, quaſique teſtamentum im-

puberi facere.

§ I.

Poteſtne quis, mente captis liberis, licet puberibus certas perſonas ſubſtituere? Pót.

Sed quid ſi reſipuerint capti mente, & impuberes adoleuerint? Tunc infirmatur ſubſtitutio.

Sin autem quis.

Quid autem faceret is, qui timeret, ne pupillus ſubſtitutus inſidiaretur? Poteſt vulgarem palam, pupillarem verò ſubſtitutionem viuo filio, & adhuc impubere non aperiendam inferius clauſam ſubiungere.

Non ſolum.

Poteſtne etiam exhæredato filio impuberi, & poſthumis ſubſtitui? Poteſt.

Liberis.

Poteſtne quis ſubſtituere filijs ſuis, qui ſibi teſtamentum non fecerit? Non poteſt.

Vel ſingulis.

Poteſtne quis ſingulis pupillariter ſubſtituere, vel ei, qui eorum nouiſſimus impubes morietur? Poteſt.

Subſtituitur.

Poteſtne quis impuberi nominatim, aut

gene-

generaliter ſubſtituere? Poteſt.

Maſculo.

Quandiù licet pupillis ſubſtituere? Maſculis quidem vſque ad annos 14. fœminas verò vſque ad 12.

§. Fin.

Poteſtne quis extraneo, vel filio puberi hæredi inſtituto, ſi hæres quidem extiterit, deceſſerit tamen intra aliquod tempus ſubſtitui? Non poteſt: ſed obligare herede per fideicommiſſum poteſt, vt alteri hæreditatē totam, vel partem reſtituat.

Quibus modis teſtamenta infirmentur. Tit. XVII.

In principio.

QVibus modis teſtamenta infirmantur? Primum adoptione, & arrogatione.

§. I.

Secundo rumpitur teſtamentum poſteriore teſtamento iure perfecto.

Tertiò, irritum fit teſtamentum, ſi ex eo nemo hæres extiterit.

Sed

Sed & ſi quis.

Quarto rumpitur etiam teſtamentum ſuperius poſteriore, licet in eo ex certa parte tantum hæres inſtitutus ſit.

Alio.

Quinto, irritum fit teſtamentum etiam capitis deminutione.

Non tamen.

Quo tempore capitis deminutione teſtamentum fit irritum? Conditi teſtamenti, & mortis.

Ex eo autem.

Infirmaturne teſtamētum poſteriore nōdum perfecto, aut verbis tantum, quibus dicat teſtator, ſe nolle ſuperius valere? Non infirmatur.

§. Fin.

Poteſtne quis litis cauſa, aut alioqui contra legis Principem inſtituere? Nō poteſt: quia licet Princeps ſolutus ſit legibus, viuit tamen legibus.

De inofficioso testamento. Tit. XVIII.

In principio.

QVID est inofficiosum testamentum? Est in quo parentes, aut liberi sine cau-a se inuicem exhæredant, omittunt, aut præ-ereunt.

Poteſtne inter fratres, & ſorores inofficio-ſum dici teſtamentū? Non, niſi turpes per-ſonas inſtituant.

Poteſtne inter cognatos dici? Non ex vl-a cauſa.

§. I.

Poſſuntne omnes liberi, & naturales, & adoptiui, poſthumíq; inofficioſi querelam intentare? Poſſunt. Sed quando? Quando aliud ius non habent: nam extremum eſt inofficioſi querela ſubſidium.

§. Sed hæc ita.

Poteſtne quis querelam intentare, ſi ei quantacunque pars relicta fuerit? Non po-teſt: ſed vſque ad quartam legitimæ replen-dam agere poteſt.

Si

Si tutor.

Poteſtne tutor, cuius pater pupillo legauit, legato exacto nihilominus de inofficioſo patris teſtamento agere? Poteſt.

Poteſtne tutor pupilli exhæredati cauſa cadens, nihilominus pro legato ſibi relicto agere? Poteſt.

§. Fin.

Sed quādo ceſſat inofficioſi querela quarto relicta ſingulisne an omnibus relinquenda eſt? Omnibus pro rata diſtribuenda.

De hæredum qualitate, & differentia. Tit. XIX.

In principio.

QVotuplices ſunt hæredes? Triplices: alij enim dicuntur Neceſſarij: alij Sui, & neceſſarij: quidam Extranei.

§. I.

Neceſſarius quis eſt? Seruus, ſic inde vocatus, quia volēs nolens poſt mortem domini, & liber ſtatim, & hæres fit neceſſarius.

§. Sui autem.

Porrò, qui ſunt ſui, & neceſſarij? Filius, & ilia: nepos verò, & neptis ex filio ita demum i patris ſui poteſtate ſint liberati.

Coguntur ne, & adire hæreditatem? Coguntur ex lege duodecim tabularum, ſed iure prætoris poſſunt abſtinere.

Cæteri.

Extranei qui ſunt? Qui teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt.

In extraneis.

Quot, & quæ tempora quibus hæredem teſtamenti factionem habere oportet, ſunt inſpicieda? Tria: teſtamenti confecti, mortis teſtatoris, & aditionis.

Teſtamenti.

Quid eſt habere teſtamenti fictionẽ? Eſt condendi teſtamenti poteſtatem habere, quę eſt teſtamenti factio actiua, vel ex teſtamento poſſe capere, alijve acquirere, quæ eſt paſſiua.

Habentne furioſus, mutus, poſthumus, infans, filiusfamilias, & ſeruus alienus teſtamenti factionem? Habent, licet teſtamentũ facere non poſſunt. In paſſiuam.

Extra-

Extraneis.

Sed si necessarius se semel immiscet, ve extraneus adit, possuntne postea abstinere vel repudiare? Non possunt, nisi minores sint quinque, & viginti annis, & milites.

Sed nostra.

Extatne aliquod beneficium, quo quis nō deliberando hereditatem etiam inopem adire potest? Extat nempè inuentarij, quo facto non pluris tenebitur hæres, quàm in hæreditate est.

§. Fin.

Quomodo extraneus potest hæreditatem adire? Si sciens se pro hærede gerit, agit, tractat, administrat, & dicat se hæredē esse: contra, si dicit se non esse, adire hæreditatem non potest.

De legatis. Tit. XX.

In principio.

QVID est legatum? Est donatio à defuncto relicta.

§. I.

Quot erant olim genera legatorum? Quatuor:

tuor: Vendicatio, Damnatio, Sinendi modus,& præceptio.

§. Noſtra.

Quot hodie ſunt genera? Vnum tantum, quod perſequi poteſt quis, ſiue per actiones perſonales, ſiue per actionem in rem, aut etiam hypotecariam.

Sed non vſque.

Quæ eſt differentia inter legata, & fideicommiſſa? Nulla.

Non ſolum.

Quæ res legari poſſunt? Non ſolum teſtatoris, ſed etiam alienę, quas teſtator alienas, & in commertio eſſe ſciuerit.

Vter probat teſtatorem rem alienam eſſe, ſciuiſſe? Legatarius, id eſt, actor.

Sed & ſi rem.

Poteſtne teſtatoris res creditori, obligata legari? Poteſt, ſi modo teſtator ſciuerit rem obligatam eſſe.

Vter cogitur rem legatam ab obligatione hypotecæ liberare? Hæres, niſi teſtator vt legatarius lueret, expreſſerit.

Si res aliena.

Si quis rem ſibi legatam emit, poteſtne huius

huius pretium exigere? Poteſt.

Sed quid, ſi ex cauſa lucratiua habet? Non poteſt.

Sed ſi duorum teſtamentis mihi eadẽ res legata eſt, poſſumne bis petere? Diſtinguitur: aut acquiſiuiſti rem, & non potes, aut pretium; & ex altero æſtimationem petere licet.

Ea quoque res.

Poteſtne res, quæ in rerum natura nõ eſt, ſed vt ſperatur legari? Poteſt.

Si eadem res.

Vtrius eſt res duobus legata? Amborum.

Vtrius autem, ſi alter eorum deficiat? Alterius.

Si cui fundus.

Si quis fundum ſibi legatum emerit deducto vſufructu, poteſtne pretium exigere? Poteſt, ſed proprietatis tãtum, non etiam vſuſfructus.

Sed ſi rem.

Valetne legatum rei legatarij legatario legatæ? Non valet etiam ſi alienauerit.

Si quis rem.

Valetne legatum rei teſtatoris, quam alie-

nam,

nam, vel etiam legatarij esse putauit? Valet.

Si rem suam.

Valetne legatum rei testatoris, postea nō animo adimendi alienatæ, vel pignori datę? Valet.

Si quis debitori.

Poteſtne quis debitori suo liberationem legare, vel ne hæredes petat ad tempus iubere? Poteſt.

Sed quid, si debitor creditori suo, quod ei debet, legauerit? inutile eſt legatum, nisi aliquid adiectum ſit.

Quid ſi debitum in diem ſub conditione legauerit purè? Vtile eſt legatum, propter repræſentationem, etiā ſi viuo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit, quia ſemel conſtitit ab initio.

Sed ſi vxori.

Poteſtne maritus vxori dotem quam acceperit, vel etiam non acceperit, certam tamen legare? Poteſt.

Si res legata.

Si res legata ſine facto hæredis perierit, cuius eſt damnum? Legatarij.

Si quis ancillas.

Ancillis cum suis natis, vel ordinarijs cũ vicarijs legatis, si moriantur ancillæ, vel ordinarij, extinguitur ne legatum cum natis, & vicarijs? Non extinguitur.

Sed quid, si seruus cum peculio, vel fundus cum instrumento legati sunt? Tunc seruo mortuo, vel fundo alienato legatum extinguitur.

Si grex.

Si grex legatus fuerit, quãtum accipit legatarius? Totum, siue auctus sit grex, siue diminutus. Idem de domo intellige.

Si peculium.

Si quid peculio legato accedit, vel decedit viuo testatore, cui id lucro, vel dãno est? Legatario.

Peculio autem.

Cuius est peculium manumissi in testamento? Domini, seu hæredis, nisi legatum fuerit in testamento, aut inter viuos manumisso non ademptum.

Tam autem corporales.

Possuntne tàm corporales legati, quàm incorporales? Possunt, vt actiones.

Sed

Sed & tale.

Poteſtne quis hęredem damnare, vt domũ alicuius reficiat, vel æs alicuius alienum diſſoluat? Poteſt.

Si generaliter.

Si generaliter legetur, veluti lego, illi equum, cuius eſt optio? Legatarij, niſi aliud teſtator dixerit.

Optionis.

Si legatarij, vel eorum hæredes in optione diſſenſerint, cuius iudicium expectandum eſt? Sortis.

Legari.

Quibus legari poteſt? Illis ſolis, quibus cum teſtamenti factio eſt.

Incertis vero.

Poteratne olim incertis perſonis legari? Non poterat.

Libertas.

Poteratne libertas incertæ perſonæ legari? Non.

Sub certa.

Poteratne ex perſonis certis incertæ legari? Poterat.

Incertis autem.

Poteratne legata in certis personis soluta repeti? Non poterant.

Posthumo.

Poteratne posthumo alieno, id est, qui inter suos natus hæres testatoris futurus, non est, olim legari? Non.

Sed nec huiusmodi.

Quidnam hodie iuris est? Hodie incertis personis legari potest.

Tutor autem.

Potestne tutor incertus dari? Non potest.

Posthumus.

Potestne posthumus alienus hæres institui? Potest.

Si quis in nomine.

Valetne legatum, & institutio, cum de persona quidem constet, erratum autem sit in nomine? Valet.

Huic proxima.

Perimiturne legatum falsa demonstratione, si de re constet? Non perimitur.

Longè magis.

Perimiturne legatum falsa causa? Non perimitur.

An

An seruo.

Potestne seruo hæredis legari? Non potest pure, sed sub conditione.

Potestne instituto seruo domino legari? Potest etiam sine conditione.

Ante hæredis.

Quo scripturę ordine legata relinqui possunt? Et ante hæredis institutionem, & inter medias hæredum institutiones.

Post mortem.

Potestne post mortem hæredis, aut legatarij, vel pridie quàm hæres, aut legatarius moritur, legari? Potest.

§. Fin.

Licètne pœnæ nomine legata relinquere, adimere, vel transferre? Licet, exceptis pœnis impossibilibus, legibus, interdictis, & probrosis.

De ademptione legatorum. Tit. XXI.

QVomodo possunt legata adimi, vel transferri? In eodem testamento, vel codicillis.

De lege Falcidia. Tit. XXII.

In principio.

LIcetne totum patrimonium, vel ferè totũ legatis exhaurire, & erogare? Non plus quàm dodrantem, vt pars quarta apud hærede͂, hæredesve maneat. Hæc est lex Falcidia.

§. I.

Si ex æquis quidem partibus hæredes instituti, ex inæqualibus verò legatis grauati sunt. quid agendum? Singuli nihilominus suam suæ partis quartam retineant.

Quantitas autem.

Quo tempore quantitas patrimonij in Falcidia spectatur? Mortis tempore.

§. Fin.

Quando autem quarta pars apud hærede͂ remanet? Deductis ære alieno, funeris impensa, manumissorum seruorum pretijs, & eo quod forte plus quis, quàm in bonis haberet, legasset.

De fideicommissarijs hæreditatibus. Tit. XXIII.

In principio.

QVID olim erat fideicommissum? Hæres rogabatur, vt fideliter, non lege cogente, hæreditatem totam, vel partem alteri restitueret; sed hodie etiam lege cogitur.

§. I.

Potestne quis alicuius fidei committere, quem hæredem non instituerit? Non potest: sed oportet eum prius hæredem instituere, cuius fidei committere velit.

Potestne quis purè, vel sub conditione, vel ex certo die fideicommissum relinquere? Potest.

Restituta.

Ad quem transeunt onera hæreditatis, & defuncti actiones? Ad fideicommissarium.

Sed quia hæredes.

Sed quid erat, si hæres totã hæreditatem, vel partem restituere rogatus recusaret. Olim Senatusconsulto Pegasiano perinde licebat ei quartam partem retinere, atque ex

lege Falcidia quartam partem ex legatis retinere concessum est, & omnes actiones, & onera hæres sustinebat.

Ergo.

Quid autem erat, si non plus quàm dodrantem hæreditatis scriptus hæres rogabatur restituere? Tunc ex Trebelliano Senatusconsulto restituebatur hæreditas, & in vtrumque actiones hæreditariæ pro rata parte dabantur.

Sed quis si plus quàm dodrantem, vel etiam totam hæreditatem restituere rogatus sit? Tunc locus erat Pegasiano Senatusconsulto, vt supra.

Sed quia stipulationes.

Quid hodie iuris? Hodie Senatusconsulto Pegasiano exploso, omnis auctoritas Senatusconsulto Trebelliano præstatur, vt ex eo fideicommissariæ hęreditates restituãtur, quartam hærede seruante siquidem velit, & tunc pro rata portione actiones tàm in hæredem, quàm in fideicommissarium competunt: si verò totam hæreditatem restituat, omnes hæreditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum competunt.

Nihil

Nihil autem.

Quid intereſt, ſi quis non totam, ſed partẽ hæreditatis reſtituere rogatus eſt? Nihil.

Si quis vna.

Sed quid, ſi quis quartam non iure retinet, ſed prius iuſſu teſtatoris accepit, vel præcepit, quaſi legatum? Tunc non ſcinduntur actiones, ideo fideicommiſſarius deliberare poteſt.

Præterea.

Poteſtne quis inteſtatus rogare hæredem alicui hæreditatem totam, vel partem reſtituere? Poteſt: ſed legare extra teſtamẽtum non poteſt.

§. Fin.

Quid autem, ſi in fideicommiſſione nihil ſcriptum ſit, neque teſtis adfuerit? Tunc hæredi iuſiurandum defertur.

De ſingulis rebus per fideicomiſſum relictis. Tit. XXIV.

In principio.

POſſuntne ſingulę res per fideicõmiſſum relinqui? Poſſunt. A quo? Ab hærede,

vel à legatario, licet à legatario legatum relinqui non poſſit.

§. I.

Poſſuntne etiam nõ ſolum res noſtrę, ſed & hæredis legatarij, fideicõmiſſarij, vel etiã alienæ relinqui? Poſſunt, modo ne plus præſtare rogetur, quàm ipſe præcepit.

Libertas.

Poteſtne & libertas per fideicommiſſum dari? Poteſt.

Qui autem.

Cuius eſt libertus ex fideicommiſſo manumiſſus? Manumiſſoris.

§. Fin.

Quæ verba in vſu fideicommiſſorum habentur? Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo.

De codicillis. Tit. XXV.

In principio.

QVID ſunt codicilli? Eorum quæ in teſtamento teſtatoris voluntati deſunt, ſupplementum.

Quomodo confirmantur? Teſtamento

prius facto.

§. I.

Poteſtne quis inteſtatus codicillis fideicō mittere? Poteſt.


Valentne codicilli ante teſtamētum facti? Valent, ſi poſtea confirmentur: licet fideicommiſſum ex huiuſmodi codicillis relictū peti poſſit, ſi appareat teſtatorem à volūtate, quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.

§. Fin.

Poteſtne hæres in codicillo inſtitui, vel exhæredari, vel ei ſubſtitui? Non poteſt.

Quid ergo fieri poteſt codicillis? Tota hereditas, vel pars fideicommitti, vel legatis relinqui poteſt.

Quot teſtes ſufficiunt in codicillis? Quinque.



LIBER TERTIVS.

De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.

TITVLVS PRIMVS.

In principio.

VIS dicitur intestatus decedere? Qui aut omnino testamentum nõ fecit, aut nõ iure fecit, aut id quod fecerat, ruptum, irritumve factum est, aut si ex eo nemo hæres extiterit.

§. I.

Quibus primum ab intestato hæreditas defertur? Suis hæredibus.

Cui sunt sui? Sui sunt, filius, filia, ne-

pos, neptisve ex filio, qui in potestate morientis fuerint.

Quibus.

Qui suis connumerari possunt? Curijs dati, id est, curiales, siue decuriones facti, & qui dotalibus instrumentis iusti liberi funt.

Ita demum.

Quando nepos, neptisve, & deinceps suorum hæredum numero sunt? Quando precedens persona in potestate parentis sui esse desijt.

Sui autem.

Possunt & ignorantes sui hæredes fieri? Possunt etiam sine tutoris, seu curatoris auctoritate.

Interdum.

Estne suus hæres, post mortem patris ab hostibus captus rediens? Est iure postliminij.

Estne suus hæres post mortem patris perduellionis iudicati? Non est, sed fiscus succedit.

Cum

Cum filius.

Filius, filiave, & defuncti filij, nepos, neptisve, quomodo ad hæreditatem vocantur? Pariter hæreditate non in capita, ſed in ſtirpes diuidenda.

Cum autem quæritur.

Poteſtne quis fieri ſuus hæres, qui mortis tempore non fuit? Poteſt. Quomodo? Nepos videlicet, defuncto patre ſuo, & deſtituto teſtamento, ſiue natus ſit auo viuente, ſiue tantum conceptus.

Poteſtne emancipati filij adoptiuus, ſuus hæres eſſe auo? Non poteſt.

Emancipati.

Poteſtne emancipatus patri ſuo ſuus eſſe heres? Poteſt; non quidem iure ciuili, ſed pretorio.

Alij qui emancipati.

Poteſtne emancipatus, qui ſe in arrogatione dederit ſuus patri naturali eſſe heres? Non poteſt, niſi à patre adoptiuo rurſus emancipetur.

Minus ergo.

Quæ eſt ratio differentiæ, quòd emancipati naturalis patris plus iuris habent, quam eman-

emancipati adoptiui? Quia naturalia iura lex ciuilis perimere non potest.

Eadem hæc.

Quid autem si ex testamento emancipatus naturalis pteritus est? Nihilominus quasi suus hæres à Prætore vocatur.

Admonendi.

Sed quomodo consulitur emancipatis adoptiuis? Vocantur ex dicto, Vnde cognati: Suis tamen emancipatis, & agnatis præcedentibus.

Sed ea omnia.

Filius à patre naturali in adoptionem datus, manetne suus hæres? Manet solum ab intestato ad patris adoptiui successionem venit.

Cogiturne talem filium pater adoptiuus testamento instituere hæredem? Non cogitur, nisi sit auus, vel pater arrogatiuus.

§. Fin.

Quid interest inter filios, & ex filia nepotes? Olim interfuit, hodie nihil interest, nisi quòd in stirpes diuiditur hæreditas.

De legitima agnatorum succeßione. Titulus II.

In principio.

AD quos pertinet hęreditas ſuis non exiſtentibus? Ad agnatos etiã adoptiuos.

§. I.

Agnati qui ſunt? Hoc ſupra diximus. Sed daturne omnibus agnatis ſimul hęreditas? Non: ſed iis tantum, qui tunc proximum gradum obtinebant, cum certum eſſe cępit, inteſtatum aliquem deceſſiſſe.

§. Ceterum.


Vocanturne tantum mares agnati, vt olim iuris erat? Non: ſed etiam fœminæ agnati ſimili modo vocantur.

Hoc etiam.

Et quid inſuper ab Imperatore adiectum eſt? Etiam ſororis filios, & filias, ſiue eiuſdẽ patris ſint, ſiue eiuſdem matris, cum fratris filiis, filiabusque illi, vt patruo, hi vt auunculo ex æquo ſuccedere.

Si plures.

Quid autem ſi plures ſint gradus agnatorum, & diuerſi? Proximus, vel proximi vocantur.



Proximus.

Quo tempore proximus requiritur? Diſtinguitur: aut quis nullo facto teſtamento deceſſerit, & ille proximus admittitur, qui eo tempore, quo is mortuus eſt, de cuius hæreditate agitur, proximus ei erat: aut quis teſtatus deceſſerit, & quærimus q proximus fuerit eo tempore, quo certum factum eſt, neminem defuncto hæredem ex teſtamento extiturum.

Placebat.

Si autem vnus agnatorum, aut ante quàm adeat, decedat, aut hæreditatem repudiet, nõne poterit alius agnatus ſuccedere? Olim non poterat, hodie poteſt.

§. Fin.

Succeditne pater filio emancipato? Succedit, contracta tacitè, vel expreſsè fiducia.

De Senatusconsulto Tertulliano. *Titul. III.*

In principio.

QVID est Senatusconsultum Tertullianum? Est ius, quo cautum est de tristi amissorum liberorum successione matri deferenda.

§. I.

Omnibusne personis legitimis mater olim ante ponebatur? Non, sed in multis onerabatur, & excludebatur.

Sed nos.

Repelliturne hodie mater, nisi certum liberorum numerum peperit? Non repellitur.

Sed cum antea.

Quibus autem personis hodie mater anteponitur? Omnibus excepta fratris, & sororis persona, cum quibus vnà vocatur: cum sororibus quidem hæreditate in semissem, cum fratribus, vel vnà & fratribus, & sororibus in capita distribuenda.

Sed

Sed quemadmodum.

Quo autem casu matres à successione liberorum suorum repelli possunt? Si destitutis tutoribus intra annum alios petere neglexerint.

§. Fin.

Potestne mater ad vulgo quæsitorum liberorum bona admitti? Potest.

De Senatusconsulto Orficiano.
Tit. IIII.

In principio.

QVID est Senatusconsultum Orficianũ? Est ius quo liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur.

§. I.

Pereuntne Senatusconsultorum Tertullij & Orficij iura minima capitis deminutione? Non pereunt.

§. Nouissime.

Possuntne liberi vulgo quæsiti ad matris bona admitti? Possunt.

§. Fin.

Cuius est pars hæreditatis eius hæredis, qui aut decedit, aut alioqui ex aliqua causa non adit? Tunc pars eius reliquis, qui adierint, accrescit.

De successione cognatorum. Titul. V.

In principio.

AD quos pertinet hæreditas suis, & agnatis non existentibus? Primò ad cognatos: id est, agnatos, emancipatos, solis exceptis fratribus, & sororibus emancipatis, non tamen liberis eorum: qui quidem exceptis cum legitimis fratribus in tertia tantum parte vocantur, alijs verò legitimis agnatis anteponuntur.

§. I.

Ad quos secundo pertinet hæreditas suis, & agnatis non existentibus? Ad eos quoque qui per fœminini sexus personas descendũt.

Possuntne liberi in adoptionem dati ad patris naturalis hæreditatem hoc ordine admit-

mitti? Possunt.

Vulgo.

Possuntne,& vulgo quęsiti hoc ordine inuicem admitti? Possunt.

§. Fin.

Ad quorum vsque gradum vocantur agnati? Vsque ad decimum. Ad quorum autem cognati? Vsque ad sextum: ex septimo verò solum filius, filiave, consobrini, consobrinæve.

De gradibus cognationum. Titul. VI.

In principio.

QVotuplex est cognatio? Duplex: prima ascendentium, & descendentium: altera eorum, qui ex latere veniunt: id est, ex transuerso.

Qui sunt ascendentes? Parentes.

Qui sunt descendentes? Liberi.

Qui sunt ex transuerso? Fratres, sorores, patrui amitæ, auunculi, materculæ, & qui ex eis nascuntur, & consequuntur.

§. §. §. §. §. §.

Qũot gradus numerantur in hoc titulo. Sex.

Hactenus.

Possuntne & plures numerari? Possunt, quia semper generata persona gradum vnũ adijcit, & in agnatione, & cognatione.

De seruili cognatione. Titul. VII.

In principio.

QVo pacto seruorum liberi parentibus, vel ipsi inter se succedunt? Si & parentes, & liberi ad libertatem venerint, iure patronatus in hac parte sopito.

§. I.

Possuntne, qui parem gradum cognationis, obtinent, veluti fratres: & nepotes, pariter vocari? Non, sed sui præferuntur in infinitum, etiam si sint emancipati, aut per fœmininum sexum propagati.

§. Fin.

Suntne agnati, licet sint remotiore gradu, potio-

potiores cognatis, qui sunt gradu proximiore? Sunt, exceptis fratre, & sorore emancipatis, qui licet inter cognatos numerentur, tamen agnatis omnibus, qui tertio, aut remotiore gradu sunt, præferuntur.

De successione libertorum. Tit. VIII.

In principio.

QVIS olim succedebat liberto intestato? Nemo quidem, nisi suus hæres: si verò adoptiuus filius fuisset, habebat ius & patronus.

Licebatne, & patronum præterire? Licebat.

§. I.

Quid postea Prætor emendauit? Vt patronus dimidiam partem consequeretur.

§. Postea.

Quid deinde lege Papia cautum est? Vt patrono, si libertus locupletior minus tribus liberis decederet, virilis pars conseruaretur:

ſin tres liberos reliquerat, repellebatur patronus.

Sed noſtra.

Quid hodie Imperator definit? Vt ſi liberti minores ſint centenarijs, teſtamento facto patronus locum non habeat: ſin vero maiores centenarijs, teſtamento facto patronum præterierint, patronus tunc tertiã partem auferet, aut ſupplebit.

Multis.

Ad quotum vſque gradum vocantur patroni? Ad quintum vſque gradum, in capita hęreditate, non in ſtirpes compatronis diuidenda.

§. Fin.

Habebantne olim Latini liberti ſucceſſionem? Non habebant, ſed vt ſerui moriebantur, eorumque bona à manumiſſoribus poſſidebantur. Hodie verò exploſis Latinis, vt ſupra audiuiſti, omnes liberti ſunt ciues Romani.

De aßignatione libertorum.
Titul. IX.

In principio.

AD quos pertinent bona libertorum? Ad omnes patroni liberos, nisi patronus vni ex liberis assignet libertum, vt post mortem eius solus is patronus habeatur.

§. Fin.

Euanescitne assignatio, si quis filium, cui assignauit, emancipauerit? Euanescit.

De bonorum poßeßionibus.
Titul. X.

In principio.

QVID est bonorum possessio? Est ius defuncti bona possidendi à Pretore, veteris: id est, ciuilis iuris emendandi, aut impugnandi, seu comprobandi gratia introductum.

§. I.

Diciturne hæres, qui à Prætore ad successionem

ſionem vocatur? Non, ſed bonorum poſſeſſor.

Adhuc.

Cur Prætorius in bonorum poſſeſsionibus dādis, ex bono, & æquo dilatauit? Quia anguſtiſsimis duodecim tabularum legibus concluſum erat.

Sunt autem.

Quotuplex eſt bonorum poſſeſsio? Duplex: vna ex teſtamento, cuius duæ ſunt ſpecies: Contra tabulas, & ſecundum tabulas: Alia ab inteſtato, cuius octo ſunt ſpecies: Prima, vnde liberi: Secunda, vnde legitimi: Tertia, vnde decem perſonæ. Quarta, vnde cognati: Quinta, tanquam ex familia: Sexta, vnde patroni, patronæque: Septima vnde vir, & vxor: Octaua, vnde cognati manumiſſoris.

Sed eas.

Quid in hoc Imperator emendauit? In prima parte, quæ eſt ex teſtamento, nihil emendauit.

Quæ autem.

Quid autem emendauit in poſteriore parte? Tertiam ſuſtulit ſpeciem.

Cunque

Cunque autem.

Quid deinde sustulit? Quintam quoque, & sextam speciem.

Aliam.

Quid postremo? Vltimam etiam superuacuam voluit haberi.

Quot ergo remanent bonorum possessiones? Sex tantum ordinariæ: duæ prioris, & quatuor posterioris partis.

Septima.

Estne quædam extraordinaria bonorum possessio? Est, & septima dicitur, quæ datur ijs, quibus ex legibus Senatusve consultis, & cōstitutionibus Principum dari æquū est.

Cum igitur.

Quæ & quibus sunt tempora petēdæ bonorum possessioni præfinita? Parentibus, & liberis anni, cæteris autem agnatis, vel cognatis centum dierum spatium.

Sed quid si intra hoc tempus aliquis petere neglexerit? Tunc eiusdem, vel sequentis gradus personis accrescit.

Si quis itaque.

Quid si quis delatam sibi bonorum possessionem repudiauerit? Tunc statim non expectato

pectato anni, vel dierum fine, cæterique, qui sequēti gradu, aut ordine sunt, ad bonorum possessionem vocabuntur.

§. Fin.

Qui dies in bonorum possessione petēda considerantur, vtilesne an continui? Olim quidem continui, hodie verò vtiles: id est, plenum habetur eorum beneficium.

De acquisitione per arrogationem. Titul. XI.

In principio.

QVomodo acquirimus arrogatione? Arrogatione acquiruntur patri adoptiuo omnia, quæ sunt arrogati: cæterum ex ijs, quæ arrogatus extrinsecus, & non ex re patris acquirit, patri vltra vsumfructum nihil acquiritur.

§. I.

Quando etiam rerum dominium in arrogatorem transit? Eo, qui in arrogationem acceptus est, mortuo, nisi aliæ personæ præferantur.

§. Fin.

§. Fin.

Quis poteſt arrogatum à creditoribus conuentum defendere? Arrogator: ſin nolit, datur facultas creditoribus bona arrogati, quæ non arrogatus vnà cum vſufructu habuiſſet, poſsidere.

De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur. Tit. XII.

In principio.

QVomodo acquiritur additione? Si ij, qui libertatem acceperunt in teſtamento, ex quo nemo hæreditatem adit, libertatũ conſeruandarum cauſa, bona ſibi addici petant, & libertatem tunc, & omnia defuncti bona acquirunt.

§. 1.

Cui prodeſt iſta additio? Prodeſt, & ſeruo, & defuncto, ne bona à creditoribus veneant.

In primis.

Quid ergo, ſi non ex teſtamento, ſed tantũ codicil-

codicillis libertates relictæ fuerint? Nihilominus libertates competunt, si modo certũ sit, neminem ab intestato aditurum.

Si is qui.

Sed quid si minor xxv. annis abstinuit, postea pœnitens restitutus adit, aut petit iam à seruo occupatum hæreditatem, potestne reuocari libertas? Non potest.

Hæc constitutio.

Quid autem, si viuus, aut mortis causa quis libertates dederit, potestne seruus addictionem petere? Potest, licet constitutionis verba deficiant.

§. Fin

Suntne, & plures huius iuris, seu successionis diuisiones? Sunt, & in Imperatoris constitutione continentur.

De successionibus sublatis: quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusc͠osulto Claudiano. Tit. XIII.

In principio.

ERantne & aliæ bonorum acquisitiones? Erant, scilicet per bonorũm propter creditores venditionem, quæ tamen sublata est.

§. Fin.

Quæ præterea? Quòd non tantum mulieris liberæ, serui mei amore accensæ, sed etiam omnium bonorum eius, dominus efficiebar, quæ acquisitio, & ipsa sublata est.

De obligationibus. Tit. XIIII.

In principio.

QVID est obligatio? Est iuris vinculum, quo quisque quod debet, secundum

Romanæ Ciuitatis iura, soluere cogitur.

§. I.

Quæ est summa: id est, prima obligationum diuisio? Primo diuiditur obligatio in Ciuilem, & Prætoriam.

§. Sequens.

Quæ est sequens diuisio? Secundo diuiditur obligatio in quatuor species, aut enim obligationes ex contractu sunt, aut ex quasi cõtractu, aut ex delicto, aut ex quasi delicto.

§. Fin.

Obligationũ ex contractu, quot sunt species? Quatuor: aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu.

Quibus modis re contrahatur obligatiõ. Tit. XV.

In principio.

QVibus modis re contrahitur obligatio? Primum ex mutui datione, quod consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensurave constant.

§. I.

Secundo ex indebito, quod est, si quis per errorem soluit.

§. Item si cui.

Tertio, ex commodato, quod est, si cui res, nulla mercede accepta, vel constituta, vtenda datur.

Præterea.

Quarto, ex deposito, quod est, si cui res aliqua custodienda datur.

§. Fin.

Quinto ex pignore, quod est, si creditori à debitore res pignori datur.

De verborum obligationibus. Titul. XVI.

In principio.

QVibus modis verbis contrahitur obligatio? Ex interrogatione, & responsione, cum quid dari, fierive nobis stipulamur, vnde etiam dicitur stipulatio.

§. I.

Suntne huius obligationis quædam ver-

ba solemnia? Olim erant, hodie intellectus & consensus ab vtraque parte consonans sufficit.

§. Omnis.

Quomodo cōstituūtur stipulationes? Aut pure, aut in diem, aut sub conditione.

At si ita.

Si stipuler, quo ad viuam, qualis est stipulatio? Pura, & perpetua.

Sub conditione.

Quomodo sub conditione stipulatio constituitur? Cum in aliquem casum differtur obligatio.

Si quis ita.

Si stipuler, si hoc non fecero, quādo committitur stipulatio? Post mortem.

Ex conditionali.

Si stipuler sub conditione, cui prodest, si interim moriar? Hæredi tuo.

Loca

Si stipuler, Hoc loco, veluti dare, facereve spondes, qualis est stipulatio? Est pendens, donec promissor istuc venire possit.

Conditiones.

Si stipuler: Si hoc est, vel fuit, quādo committitur

mittitur stipulatio? Statim: si est, vel fuit: sin vero non est, vel non fuit, nihil valet stipulatio.

§. Fin.

Si stipuler aliquid fieri, aut non fieri, quid debebit is, qui contra quàm promisit, fecerit? Incertum est: optimum idcircò erit pœnam subijcere.

De duobus Reis stipulandi, & promittendi. Tit. XVII.

In principio.

QVomodo duo, pluresve rei stipulandi fieri possunt? Si post omnium interrogationem promissor respondeat: vtrinque spondeo.

§. 1.

Quomodo autem fiunt duo, pluresve Rei promittendi? Si stipulanti promissores singuli separatim spondeant.

Ex huius modi.

Si vnus illorũ accipit, seu soluit debitum perimitne omniũ obligationẽ? Oẽs liberat.

 §. Fin.

§. Fin.

Poteſtne vnus ex Reis promittendi purè, alius in diem, vel ſub conditione obligari? Poteſt.

De ſtipulatione ſeruorum.
Tit. XVIII.

In principio.

POteſtne ſeruus ſtipulari? Poteſt ex perſona domini, vel domino defuncto, hæreditati.

§. I.

Poſſuntne & liberi, qui in poteſtate parentum ſunt, ſtipulari? Poſſunt in rebus parentum.

Sed cum factum.

Sed cum factum in ſtipulatione continetur, quæ perſona ſpectanda eſt? Serui tantum, non etiam domini.

Seruus communis.

Cui ſeruus communis ſtipulando acquirit? Vnicuique dominorum pro portione dominij.

Sed

Sed quid, si iussu vnius eorum; aut nominatim alicui eorum stipulatus est? Tunc soli ei acquiritur.

§. Fin.

Cui seruus communis stipulando acquirit, id quod vni ex dominis acquiri non potest? Alteri.

De diuisione stipulationum.
Tit. XIX.

QVOT sunt genera stipulationum? Quatuor: aliæ enim sunt Iudiciales, aliæ Prætoriæ, aliȩ Conuentionales, aliȩ Communes.

Quæ sunt Iudiciales? Quæ à mero Iudicis officio proficiscuntur; qualis est de dolo, & de seruo fugitiuo.

Quæ sunt Prætoriæ? Quæ à mera Prætoris iurisdictione proficiscuntur: veluti Damni infecti, Legatorum, Dupli in rebus vitiosis, seu morbosis venditis præstandi.

Quæ sunt Conuentionales? Quæ ex voluntate contrahentium proficiscuntur.

Quæ sunt Communes? Quæ tam ex prætoris iurisdictione, quàm officio Iudicis proficiscuntur : veluti rem pupilli saluam fore, & Ratam rem dominum habiturum.

De inutilibus stipulationibus. Tit. X X.

In principio.

SI quis stipulatur mortuum, aut quod in rerum natura non est, vtilis ne est stipulatio? Est inutilis.

§. I.

Si quis stipulatur rem sacram, aut religiosam, aut publicam, vel suam, vel hominem liberum, vtilisne est aliquando stipulatio? Est inutilis, quia quę ab initio non consistunt, ex post facto non confirmantur.

Si quis aliam.

Si quis alium daturum quid, facturumve promiserit, vtilisne est stipulatio? Est inutilis. Si quis autem effecturum se, & procuraturum, vt alius det, faciatve, promiserit, valetne stipulatio? Valet.

Si quis alij.

Si quis alij, cuius iuri ſubiectus ſit, ſtipuletur, vtilisne eſt ſtipulatio? Eſt inutilis.

Planè.

Si quis ſibi, aut Seio dari ſtipuletur, valetne ſtipulatio? Valet.

Quòd ſi quis.

Si quis ſibi, & alij, cuius iuri ſubiectus nõ ſit, dari ſtipuletur, valetne ſtipulatio? Valet quidem, ſed non plus quàm dimidiam partem acquirit.

Ei vero.

Si quis ſuo iuri ſubiecto ſtipuletur, valetne ſtipulatio? Valet.

Præterea.

Si quis ſtipuletur decem, alius reſpondẽs promittat quinque, vel contra vtilisne eſt ſtipulatio? Eſt inutilis.

Quid ſi alius ſtipuletur purè, alius promittat ſub cõditione, vel contra: vtilisne eſt ſtipulatio? Eſt inutilis.

At ſi quis reſpondens ſolum dicat, promitto, valetne ſtipulatio? Valet quoad eandem diem, vel conditionem.

Item inutilis.

Si quis à suo iuri subiecto stipuletur, vel contra, vtilisne est stipulatio? Est inutilis.

Si quis autem à filiofamilias alieno stipuletur; valetne stipulatio? Valet: nam item à seruo alieno.

Mutum.

Si quis mutus, aut surdus stipuletur, vtilisne est stipulatio? Est inutilis.

Furiosus.

Si quis furiosus stipuletur, vtilisne est stipulatio? Est inutilis.

Pupillus.

Si quis pupillus stipuletur, valetne stipulatio? Valet in eo qui intellectum habet.

Si quis autem impubes, qui in potestate parétis est, stipuletur, vtilisne est stipulatio? Est inutilis.

Et impossibilis.

Si quis autem sub impossibili conditione negatiuè stipuletur, valetne stipulatio? Valet; & quia pure facta intelligitur, statim peti potest.

Item verborum.

Si quis absenti stipuletur, vtilisne est stipula-

pulatio? Est inutilis.

Si quis autē scripturam habet, quæ vtramque partem præsentem indicat, valetne stipulatio? Valet, nisi contrarium probetur.

Post mortem.

Si quis post mortē suam, siue pridie quàm moriatur, dari sibi stipuletur, valetne stipulatio? Valet.

Item si quis.

Si quis præpostere stipuletur, veluti hodie sibi dari, si cras, vel alio die conditio euenerit, valetne stipulatio? Valet.

Ita autem.

Si quis cum moriatur ipse, vel promissor sibi dari stipuletur, valetne stipulatio? Valet.

Item si quis, cum alius moriatur, sibi dari stipuletur, valetne stipulatio? Valet.

Si scriptum.

Si stipulationis instrumento scriptum fuerit, promissorem promisisse, & de interrogatione nihil appareat, valetne stipulatio? Valet.

Quoties.

Si quis multas res sibi dari vnà, & coniun

ctiua stipulatione stipuletur, valetne stipulatio? Valet.

Alteri.

Si quis alij dari, & nisi datum fuerit, sibi pœnæ nomine dari stipuletur, valetne stipulatio? Valet.

Sed si quis.

Sed si quis cum eius interesset, alij stipuletur, omissa pœna, valetne stipulatio? Valet.

Versa vice.

Si quis stipulanti alium facturum promiserit, vtilisne est stipulatio? Est inutilis, nisi pœnam adiecerit.

Item nemo.

Si quis rem futuram suam, alio casu, quo etiam sua futura erat, stipuletur, vtilisne est stipulatio? Est inutilis.

Si de alia.

Si quis de alia re sentiens stipuletur, de alia promissor promittat, vtilisne est stipulatio? Est inutilis.

Quod turpi.

Si quis rem turpe fieri stipuletur, vtilisne est stipulatio? Est inutilis.

Cum quis sub aliqua.

Si quis sub conditione stipuletur, & ante conditionem moriatur, valetne stipulatio? Valet, & hæres agere, vel conueniri potest.

Qui hoc anno.

Si quis hoc anno, aut hoc mense stipuletur, valetne stipulatio? Valet: sed non nisi omnibus anni, vel mensis partibus preteritis petere potest.

§ Fin.

Si quis dari sibi aliquid stipuletur, potestne statim agere? Non, nisi tantum temporis spatium præterierit, quo traditio fieri poterat.

De fideiussoribus. Tit. XXI.

In principio.

QVI sunt fideiussores? Qui pro eo, qui promittit obligantur.

§. I.

In quibus obligationibus accipi possunt fideiussores? In omnibus, & ciuilibus, & naturalibus.

Fideiussor non tantum.

Obligaturne solum fideiussor? Non, sed etiam hæres eius.

Fideiussor.

Quando potest fideiussor accipi? Et ante, & post contractum.

Si plures.

Si plures sunt fideiussores, singuline insolidum tenentur? Tenentur quidem, sed litis contestatæ, tempore beneficio epistolæ diui Adriani partes soluere possunt.

Fideiussores.

Possuntne fideiussores ita obligari, vt plus debeant, quàm is pro quo obligantur? Non, sed quòd minus rectè possunt.

Si quid autem.

Si quid autem fideiussor pro Reo soluerit, vnde recuperabit? A Reo, mandati actione contraria.

§. Fin.

Si quis scripserit se fideiussisse, quid intelligitur? Perfecta stipulatio præsumitur.

De

De literarum obligationibus. Tit. XXII.

QVomodo literis contrahitur obligatio? Si quis debere se scripserit, quod sibi da tum, aut numeratum non est.

Quando ex ista obligatione agi potest? Post biennium. Nam intra biennium scribens, vel opponit non numeratæ pecuniæ exceptionem: id est, dicit creditori. tu te nu merasse ostēde, vel ipsum creditorem in querimoniam deducit.

De obligationibus ex consensu. Tit. XXIII.

QVibus modis consensu contrahitur obligatio? Emptione, vēditione, locatione, condictione, societate, mandato.

Quare autem istis modis dicitur obligatio consensu contrahi? Quia nec datione rei, nec persona contrahentium, nec scriptura

opus

opus est, sed solus consensus sufficit.

Estne & alia inter istas obligationes, & cōsensu, & superiores quę re, verbis, literisque fiunt, differentia? Est: nam in superioribus alter obligat, alter obligatur: in his vero vterque alteri obligatur.

De emptione, & venditione. *Tit. XXIV.*

In principio.

QVomodo cōtrahitur emptio, & venditio? Simul atque de pretio vtraque pars cōsensit: vel si opus est: scripturis confectis subscripsit: alioqui pœnitere licet, nisi iam artarum nomine aliquid datum fuerit.

Quid ergo, si quis pœnitet dato quidem artharum nomine? Si quidem est emptor perdit quod dederit: si vero venditor, duplum præstare cogitur.

Pretium.

Consistitne venditio, si contrahētes pretij æstimationem tertium quendam definire cōuenerint? Consistit, si æstimator pretium defi-

definierit, id quod & ad locationem, & conductionem trahi potest.

Item pretium.

In quo oportet consistere pretium? In pecunia numerata.

Estne venditio, si res alia, quàm pecunia, pro re datur? Non, sed permutatio est.

Cum autem emptio.

Contracta venditione, ad quem pertinet periculum, & commodum? Ad emptorem, nisi in periculo venditoris dolus, aut culpa argui possit.

Sed quid si venditor custodiam rei venditæ vsque ad traditionem susceperit? Venditoris erit periculum.

Quid autem si non susceperit, & res pereat? Securus est, sed quia adhuc dominus rei est, vindicationem, & condictionem emptori cedet, exhibebitque.

Emptio.

Poteſtne venditio, & purè sub conditione contrahi? Potest.

§. Fin.

Valetne venditio loci sacri, vel religiosi, aut liberi hominis? Distinguitur: aut sciens emit,

emit, & non valet; aut deceptus, & ex empto aduersus venditorem agit in id quod sua interest.

De locatione, & conductione.
Tit. XXV.

In principio.

QVomodo contrahitur locatio, & conductio? Eodem modo, quo emptio, & venditio: si videlicet de mercede vtraq; pars consenserit.

Qualis ergo est contractus, si quis ré dederit artifici faciendam, & post factam tantũ daturus sit, quantum inter eos conuenerit? Nõ est propriè locatio, & cõductio, sed alius contractus, agiturque præscriptis verbis.

Præterea.

Porrò qualis est cõtractus, si duo inuicem res vtendas, aut fruendas dederint seu commodauerint? Et hoc proprium genus contractus est, agiturque præscriptis verbis.

Adeo.

Sed qualis est cõtractus, si quis alicui prædium

dium perpetuò fruendū pro certa anni pensione tradiderit, quodque conductori, hæredive eius vendere liceat? Est emphyteusis.

Cuiusnam est periculum in emphyteusi? Si res tota petit domini: sin pars, conductoris: nisi aliud pactum fuerit.

Item quæritur.

Qualis contractus, si quis auri fabro aureo dederit, vt is ex auro suo aliquot annulos ei facere? Est emptio, & venditio.

Qualis autem, si quis aurum suum dederit aurifici, mercede pro opera constituta? Est locatio, & conductio.

Conductor.

Quid conductor facere debet? Omnia secundum conductionis legem: omissum verò ex æquo, & bono præstare tenetur.

Qui pro vsu.

Quantam diligētiam conductor in re vbi locata adhibere debet? Tantam, quantam diligentissimus paterfamilias in rebus suis adhibere solet: qua adhibita, si casu aliquo fortuito res perierit, non tenebitur.

§. Fin.

Si quis fundum conducens ad quinquen-

 nium,

nlum, secundo, fortè, aut tertio anno decesserit, poteſtne hæres eius in conductionem vſque ad finem quinquennij ſuccedere? Poteſt.

De ſocietate. Tit. XXVI.

In principio.

QVomodo contrahitur ſocietas? Inter ſocios, aut totorum bonorum, hoc eſt, de vniuerſo patrimonio, aut vnius alicuius negotiationis.

Quales erunt lucri, & damni partes, ſi nihil de illis expreſſum fuerit? Aequales: alioqui ſtandum eſt conuentioni.

§. I.

Poteſtne coiri ſocietas, ſi duo inter ſe pacti ſint, vel alter duas in lucro partes habeat, & tantum tertiam in damno: contra alter duas in damno, tantumque vnam in lucro? Poteſt.

Poteſtne ita coiri, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit? Poteſt.

Poteſtne conueniri, vt quis lucri quidem patrem habeat, de damno verò diſſoluta ſocietate, non teneatur? Poteſt.

Illud.

Si quid de lucro expreſſum eſt, intelligiturne etiam expreſſum de damno, licet de damno nihil dictum ſit? Intelligitur.

Manet.

Quomodo ſoluitur ſocietas? Primo, diſſenſu, & renunciatione, niſi quis callidè renunciauerit.

Soluitur.

Secundo morte ſocij, niſi aliter conuenerit.

Tertio, ſocietas negociatione ad finem perducta.

Quarto vniuerſis ſocij bonis publicatis.

Quintò, ære alieno oppreſſo, ita vt bonis ſuis cedat, & patrimonium eius veneat.

§. Fin.

Cuius nomine tenetur ſocius ſocio? Nomine doli, & culpæ: id eſt, deſidiæ, & negligentiæ.

De mandato. Tit. XXVII.

In principio.

QVOT modis contrahitur mandatum? Quum mea solius gratia tibi mando, aut mea & tua, aut aliena tantum, aut mea, & aliena, aut tua & aliena.

§. I.

Cedò nobis quinque exempla? Primo, vt mihi fundum emeres. Secundum vt ab eo, quem tibi delegem, in id quod tibi debeo, meo stipuletur periculo. Tertio, vt Titio fundum emeres. Quintum, vt Titio sub vsuris crederes.

Tua tantum.

Quid autem si tua tantum gratia tibi mandem? Magis tunc consilium, quàm mandatum est.

Sed quid si tibi mandem, vt Titio sub vsuris pecuniam crederes? Sabinus dixit: mandatum est, teq; mihi obligari mandati ad similitudinem quandam fideiussoris.

Illud quoque.

Estne mandatũ contra bonos mores obligato-

gatorium? Non eſt.

Is qui exequitur.

Licètne mandati fines excedere? Non licet.

Rectè quoque.

Quando mandatum reuocari, & ſolui poteſt? Re integra.

Mandatum non ſuſcipere.

Liberumne eſt mandatum non ſuſcipere? Eſt: ſed ſuſceptum conſumandum eſt, aut dum res eſt integra, quamprimum renunciandum.

Mandatum.

Poteſtne mandatum, & in diem differri, & ſub conditione fieri? Poteſt.

§. Fin.

Quæ eſt mandati ſubſtantia? Vt ſit gratuitum: alioqui in aliam contractus ſpeciem cadit: nam mercede conſtituta locatio, & conductio eſſe incipit.

De obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur.

Tit. XXVIII.

In principio.

QVID est, Obligationes ex quasi contractu nasci? Id est, quæ non propriè ex contractu descendunt, quia nullus contractus inter contrahentes intercessit.

§. 1.

Inter quos ergo obligationes ex quasi cõtractu nascuntur? Primum inter dominum rei gestæ, & eum qui gessit, daturq; actio domino directa, gestori contraria.

Tutores.

Secũdo inter tutoré, & pupillum, daturq; actio pupillo directa, tutori contraria.

Item si.

Tertio, inter quos res est diuidenda sine societate, veluti legata, aut donata, daturq; actio alterutris communi diuidundo.

Quarto, inter cohæredes, daturq; actio familiæ erciscundæ.

Hæres.

Hæres.

Quinto inter hæredem, & legatarium, daturque actio ex testamento.

Item is cui.

Sexto inter soluentem per errorem indebitum & accipientem, daturq; soluenti actio condictitia.

§. Fin.

Daturne in omnibus causis per errorem soluenti repetendi facultas? Non.

In quibus non datur? In quibus crescit inficiando: id est, id quod verè debetur, propter inficiationem duplatur, veluti in lege Aquilia; item in legatis ad pias causas relictis.

Per quas personas nobis obligatio acquiratur. Tit. XXIX.

In principio.

PER quas psonas nobis obligatio acquiritur? Primo per nos ipsos per eos, qui in potestate nostra sunt, per seruos quidem totum, per liberos verò vsusfructus tantum.

§. I.

Secundo, per liberos homines & alienos, quos bona fide possidemus. Item per eum quoque seruum, in quo vsumfructum habemus, ea tãtum quæ acquirunt ex operis suis, & ex re nostra.

§. Fin.

Tertio, per seruum communem, aut pars dominica, aut totum, si vni domino soli stipulatus sit.

Quibus modis tollatur obligatio. *Tit.* XXX.

In principio.

QVibus modis tollitur obligatio? Primo, Solutione.

Quibus modis fieri potest solutio? Soluendo, siue scienti, siue ignoranti, siue etiã inuito, id quod datum est, vel aliam rem con sentienti creditori.

§. I.

Secundo tollitur obligatio acceptilatione quæ est imaginaria verborum obligationis sola-

ſolutio.

Poſſuntne & aliæ obligationes acceptilatione diſſolui? Poſſunt, ſi in ſtipulatum deducantur, quæ ſtipulatio dicitur Aquiliana, & omnes nouat obligationes.

Præterea.

Tertiò, nouatione tollitur obligatio.

Quid eſt nouatio? Eſt obligationis prioris ſublatæ per poſteriorem ſtipulationẽ, vel in nouam perſonam, vel in eandem, nouo tamen aliquo veluti die, aut conditione, aut fideiuſſore adiecto, expreſſa inter contrahentes tranſlatio.

§. Fin.

Quarto, obligationes quæ conſenſu contrahuntur, contrario conſenſu, id eſt voluntate diſſoluuntur.

LIBER QVARTVS.

De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.

TITVLVS PRIMVS.

In principio.



BLIGATIONES ex delictis vnde naſcuntur? Naſcuntur omnes ex ipſo maleficio.

Quot ſunt maleficia? Quatuor furtum, rapina, damnum, iniuria.

§. I.

Quid eſt furtum? Eſt vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſionisve lege naturali prohibita contrectatio.

§. Fur-

§. Furtorum.

Quot sunt furtorum genera? Duo: manifestum, & non manifestum.

Quis est manifestus fur? Qui in ipso furto, vel in loco, quo furtum fecit, vel antè quàm portaret eò, quò destinauit, deprehenditur.

Conceptum.

Quæ est pœna furti? Manifesti quadrupli, nec manifesti, dupli.

Furtum.

Fit ergo furtum solum si quis rem alienã clam aufert? Non, sed etiam si quis rem alienam ex iusta quidem causa, veluti ex pignore, vel ex deposito, vel commodato habeat, malo tamen animo abutendo inuito domino contrectauerit.

Sed & si credat.

Si quis autem credit se rem alienam, veluti commodatam, inuito domino contrectare domino autem volente id fiat, diciturne furtum fieri? Non dicitur.

Sed si quis seruum alienum solicitet, vt quasdam res domino suo surripiat, & ad eum perferat: seruus autem sciente domino simu

lante

lante id faciat, teneturne sollicitator? Tenetur, nō solum furti, sed etiam serui corrupti.

Interdum etiam.

Committiturne furtum si quis liberos nostros furetur? Committitur.

Committiturne furtum in re sua? Committitur: veluti si quis creditori rem quam ei pignoris causa dedit, clanculum subtraxerit.

Interdum quoque.

Teneturne furti, qui opem adhibuit, & consilio instruxit? Tenetur.

Teneturne furti, qui non consilio quidem neque ope, sed per lasciuiam alterum ad furtum faciendum commouit? Non tenetur: sed in factum quidem aduersus eum dabitur actio, aduersus furem furti.

Teneturne furti qui tantum cōsilio instruxit? Non tenetur.

Hi qui in parentum.

Teneturne furti liberi, & serui, si parentibus, aut dominis furentur? Non, quia nec ex vlla alia causa inter eos nascitur actio.

Sed tenentur furti, qui liberis, & seruis opem, consiliumve, vt furentur, dede-

rint?

rint? Tenentur.

Furti autem.

Cui competit furti actio? Ei cuius intereſt rem ſaluam eſſe, ſiue ſit dominus, ſiue non: neque etiam aliter competit domino, quam ſi eius interſit: vnde creditori quidem, cui pignus ſurreptum eſt, competit debitori vero: id eſt, domino, non competit.

Item ſi fullo.

Si fullo, ſeu ſartor rem eis ad poliendum, ſeu ſarciendum datam furto amiſerit, cui datur actio? Diſtinguitur: aut ſunt ſoluendo: id eſt, domino rei æſtimationem ſoluere poſſunt, & datur ipſis fulloni, ſeu ſartori: aut non ſunt, & datur domino.

Quæ de fullone.

Cui autem, & quæ datur actio ſi commodatario commodata res ſurrepta ſit? Domino, vel commodati, vel furti, ita, vt eligat ſciens, & non dubitans rem ſurreptam eſſe, quo facto hincinde fur, aut commodatarius liberantur.

Sed is apud quem.

Si Depoſitarius rem depoſitam furto amiſerit, cui datur actio? Domino, quia depoſitarius

ſitarius tãtum dolum non etiam diligentiam præſtare debet.

In ſumma.

Teneturne impubes rem amouendo alienam? Tenetur, ſi pubertati ſit proximus.

§. Fin.

Quid continet furti actio? Pœnam tantũ rem enim dominus extrinſecus perſequitur, à fure quidem, ſeu hærede eius; condictione furtiua: ab alio vero quouis poſſeſſore rei vindicatione.

De vi bonorum raptorum.
Titul. II.

In principio.

QVID eſt bonorum raptor? Eſt qui dolo malo vi rapit fur improbiſſimus.

Qua actione tenetur? Vi bonorum raptorum ad quadruplum vnà cum pœna, ſiue in ipſo delicto comprehenſus ſit, ſiue non ſit.

§. I.

Quid autem, ſi quis non dolo malo, ſed iuris ignarus putans rem ſuam rapuerit?

Diſtin

Distinguitur: aut rem suam vi rapuit, & dominio rei suę excidet: aut alienam putans suam rapuit, & post rei restitutionem æstimationem præstabit.

§. Fin.

Competitne tantũ rei domino hæc actio? Non solum domino, sed cuique quicunque rapinam passus est.

De lege Aquilia. Tit. III.

In principio.

QVID est lex Aquilia? Est quæ punit eum, qui damnum dedit.

In quot diuiditur capita? In tria.

Quid primo capite cauetur? Capite primo cauetur, eum qui seruum alienum, vel ex pecude quadrupedem iniuria occiderit, domino tanti condemnandum, quanti id quod occisum est, eo anno, quo occisum est, plurimi fuerit.

§. I.

Teneturne hac lege, qui alicuius seruum latronem, cum aliter periculum ab eo euitare

nium, secundo, fortè, aut tertio anno decesserit, poteſtne hæres eius in conductionem vſque ad finem quinquennij ſuccedere? Poteſt.

De ſocietate. Tit. XXVI.

In principio.

QVomodo contrahitur ſocietas? Inter ſocios, aut totorum bonorum, hoc eſt, de vniuerſo patrimonio, aut vnius alicuius negotiationis.

Quales erunt lucri, & damni partes, ſi nihil de illis expreſſum fuerit? Aequales: alioqui ſtandum eſt conuentioni.

§. I.

Poteſtne coiri ſocietas, ſi duo inter ſe pacti ſint, vel alter duas in lucro partes habeat, & tantum tertiam in damno: contra alter duas in damno, tantumque vnam in lucro? Poteſt.

Poteſtne ita coiri, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit? Poteſt.

Poteſtne

Poteſtne conueniri, vt quis lucri quidem patrem habeat, de damno verò diſſoluta ſocietate, non teneatur? Poteſt.

Illud.

Si quid de lucro expreſſum eſt, intelligiturne etiam expreſſum de damno, licet de damno nihil dictum ſit? Intelligitur.

Manet.

Quomodo ſoluitur ſocietas? Primo, diſſenſu, & renunciatione, niſi quis callidè renunciauerit,

Soluitur.

Secundo morte ſocij, niſi aliter conuenerit.

Tertio, ſocietas negociatione ad finem perducta.

Quarto vniuerſis ſocij bonis publicatis.

Quintò, ære alieno oppreſſo, ita vt bonis ſuis cedat, & patrimonium eius veneat.

§. Fin.

Cuius nomine tenetur ſocius ſocio? Nomine doli, & culpæ: id eſt, deſidiæ, & negligentiæ.

De mandato. Tit. XXVII.

In principio.

QVOT modis contrahitur mandatum? Quum mea solius gratia tibi mando, aut mea & tua, aut aliena tantum, aut mea, & aliena, aut tua & aliena.

§. I.

Cedò nobis quinque exempla? Primo, vt mihi fundum emeres. Secundum vt ab eo, quem tibi delegem, in id quod tibi debeo, meo stipuletur periculo. Tertio, vt Titio fundum emeres. Quintum, vt Titio sub vsuris crederes.

Tua tantum.

Quid autem si tua tantum gratia tibi mandem? Magis tunc consilium, quàm mandatum est.

Sed quid si tibi mandem, vt Titio sub vsuris pecuniam crederes? Sabinus dixit: mandatum est, teq; mihi obligari mandati ad similitudinem quandam fideiussoris.

Illud quoque.

Estne mandatũ contra bonos mores obligato-

gatorium? Non est.

Is qui exequitur.

Licètne mandati fines excedere? Non licet.

Rectè quoque.

Quando mandatum reuocari, & solui potest? Re integra.

Mandatum non suscipere.

Liberumne est mandatum non suscipere? Est: sed susceptum consumandum est, aut dum res est integra, quamprimum renunciandum.

Mandatum.

Potestne mandatum, & in diem differri, & sub conditione fieri? Potest.

§. Fin.

Quæ est mandati substantia? Vt sit gratuitum: alioqui in aliam contractus speciem cadit: nam mercede constituta locatio, & conductio esse incipit.

De obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur.
Tit. XXVIII.

In principio.

QVID est, Obligationes ex quasi contractu nasci? Id est, quæ non proprie ex contractu descendunt, quia nullus contractus inter contrahentes intercessit.

§. I.

Inter quos ergo obligationes ex quasi cõtractu nascuntur? Primum inter dominum rei gestæ, & eum qui gessit, daturq; actio domino directa, gestori contraria.

Tutores.

Secũdo inter tutoré, & pupillum, daturq; actio pupillo directa, tutori contraria.

Item si.

Tertio, inter quos res est diuidenda sine societate, veluti legata, aut donata, daturq; actio alterutris communi diuidundo.

Quarto, inter cohæredes, daturq; actio familiæ erciscundæ.

Hæres.

Hæres.

Quinto inter hæredem & legatarium, daturque actio ex testamento.

Item is cui.

Sexto inter soluentem per errorem indebitum & accipientem, daturq; soluenti actio condictitia.

§. Fin.

Daturne in omnibus causis per errorem soluenti repetendi facultas? Non.

In quibus non datur? In quibus crescit inficiando: id est, id quod verè debetur, propter inficiationem duplatur, veluti in lege Aquilia; item in legatis ad pias causas relictis.

Per quas personas nobis obligatio acquiratur. Tit. XXIX.

In principio.

PER quas psonas nobis obligatio acquiritur? Primo per nos ipsos per eos, qui in potestate nostra sunt, per seruos quidem totum, per liberos verò vsusfructus tantum.

§. I.

Secundo, per liberos homines & alienos, quos bona fide possidemus. Item per eum quoque seruum, in quo vsumfructum habemus, ea tãtum quæ acquirunt ex operis suis, & ex re nostra.

§. Fin.

Tertio, per seruum communem, aut pars dominica, aut totum, si vni domino soli stipulatus sit.

Quibus modis tollatur obligatio.
Tit. XXX.

In principio.

QVibus modis tollitur obligatio? Primo, Solutione.

Quibus modis fieri potest solutio? Soluendo, siue scienti, siue ignoranti, siue etiã inuito, id quod datum est, vel aliam rem consentienti creditori.

§. I.

Secundo tollitur obligatio acceptilatione quæ est imaginaria verborum obligationis

sola-

ſolutio.

Poſſuntne & aliæ obligationes acceptilatione diſſolui? Poſſunt, ſi in ſtipulatum deducantur, quæ ſtipulatio dicitur Aquiliana, & omnes nouat obligationes.

Præterea.

Tertiò, nouatione tollitur obligatio.

Quid eſt nouatio? Eſt obligationis prioris ſublatæ per poſteriorem ſtipulationē, vel in nouam perſonam, vel in eandem, nouo tamen aliquo veluti die, aut conditione, aut fideiuſſore adiecto, expreſſa inter contrahentes tranſlatio.

§. Fin.

Quarto, obligationes quæ conſenſu contrahuntur contrario conſenſu, id eſt voluntate diſſoluuntur.

LIBER QVARTVS.

De obligationibus, quae ex delicto nascuntur.

TITVLVS PRIMVS.

In principio.



BLIGATIONES ex delictis vnde nascuntur? Nascuntur omnes ex ipso maleficio.

Quot sunt maleficia? Quatuor furtum, rapina, damnum, iniuria.

§. I.

Quid est furtum? Est vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessionisve lege naturali prohibita contrectatio.

§. Fur-

§. Furtorum.

Quot sunt furtorum genera? Duo: manifestum, & non manifestum.

Quis est manifestus fur? Qui in ipso furto, vel in loco, quo furtum fecit, vel ante quàm portaret eò, quò destinauit, deprehenditur.

Conceptum.

Quæ est pœna furti? Manifesti quadrupli, nec manifesti, dupli.

Furtum.

Fit ergo furtum solum si quis rem alienã clam aufert? Non, sed etiam si quis rem alienam ex iusta quidem causa, veluti ex pignore, vel ex deposito, vel commodato habeat, malo tamen animo abutendo inuito domino contrectauerit.

Sed & si credat.

Si quis autem credit se rem alienam, veluti commodatam, inuito domino contrectare domino autem volente id fiat, diciturne furtum fieri? Non dicitur.

Sed si quis seruum alienum solicitet, vt quasdam res domino suo surripiat, & ad eum perferat: seruus autem sciente domino simu

lante

lante id faciat, teneturne ſolicitator? Tenetur, nō ſolum furti, ſed etiam ſerui corrupti.

Interdum etiam.

Committiturne furtum ſi quis liberos noſtros furetur? Committitur.

Committiturne furtum in re ſua? Committitur: veluti ſi quis creditori rem quam ei pignoris cauſa dedit, clanculum ſubtraxerit.

Interdum quoque.

Teneturne furti, qui opem adhibuit, & conſilio inſtruxit? Tenetur.

Teneturne furti, qui non conſilio quidem neque ope, ſed per laſciuiam alterum ad furtum faciendum commouit? Non tenetur: ſed in factum quidem aduerſus eum dabitur actio, aduerſus furem furti.

Teneturne furti qui tantum cōſilio inſtruxit? Non tenetur.

Hi qui in parentum.

Teneturne furti liberi, & ſerui, ſi parentibus, aut dominis furentur? Non, quia nec ex vlla alia cauſa inter eos naſcitur actio.

Sed tenentur furti, qui liberis, & ſeruis opem, conſiliumve, vt furentur, dederint?

rint? Tenentur.

Furti autem.

Cui competit furti actio? Ei cuius interest rem saluam esse, siue sit dominus, siue non: neque etiam aliter competit domino, quam si eius intersit: vnde creditori quidem, cui pignus surreptum est, competit debitori vero: id est, domino, non competit.

Item si fullo.

Si fullo, seu sartor rem eis ad poliendum, seu sarciendum datam furto amiserint, cui datur actio? Distinguitur: aut sunt soluendo: id est, domino rei æstimationem soluere possunt, & datur ipsis fulloni, seu sartori: aut non sunt, & datur domino.

Quæ de fullone.

Cui autem, & quæ datur actio si commodatario commodata res surrepta sit? Domino, vel commodati, vel furti, ita, vt eligat sciens, & non dubitans rem surreptam esse, quo facto hincinde fur, aut commodatarius liberantur.

Sed is apud quem.

Si Depositarius rem depositam furto amiserit, cui datur actio? Domino, quia depositarius

ſitarius tãtum dolum non etiam diligentiam præſtare debet.

In ſumma.

Teneturne impubes rem amouendo alienam? Tenetur, ſi pubertati ſit proximus.

§. Fin.

Quid continet furti actio? Pœnam tantũ rem enim dominus extrinſecus perſequitur, à fure quidem, ſeu hærede eius; condictione ſurtiua: ab alio vero quouis poſſeſſore rei vindicatione.

De vi bonorum raptorum. Titul. II.

In principio.

QVID eſt bonorum raptor? Eſt qui dolo malo vi rapit fur improbiſſimus.

Qua actione tenetur? Vi bonorum raptorum ad quadruplum vnà cum pœna, ſiue in ipſo delicto comprehenſus ſit; ſiue non ſit.

§. I.

Quid autem, ſi quis non dolo malo, ſed iuris ignarus putans rem ſuam rapuerit?

Diſtin

Diſtinguitur: aut rem ſuam vi rapuit, & dominio rei ſuę excidet: aut alienam putans ſuam rapuit, & poſt rei reſtitutionem æſtimationem præſtabit.

§. Fin.

Competitne tantũ rei domino hæc actio? Non ſolum domino, ſed cuique quicunque rapinam paſſus eſt.

De lege Aquilia. Tit. III.

In principio.

QVID eſt lex Aquilia? Eſt quæ punit eum, qui damnum dedit.

In quot diuiditur capita? In tria.

Quid primo capite cauetur? Capite primo cauetur, eum qui ſeruum alienum, vel ex pecude quadrupedem iniuria occiderit, domino tanti condemnandum, quanti id quod occiſum eſt, eo anno, quo occiſum eſt, plurimi fuerit.

§. I.

Teneturne hac lege, qui alicuius ſeruum latronem, cum aliter periculum ab eo euitare

re non posset, occiderit? Non tenetur.

Teneturne qui fortuito, & casu aliquem occidit? Non tenetur, dum nulla eius culpa, aut negligentia interuenerit.

Teneturne miles, si exercendo se in Campo seruum alicuius pręter euntem occiderit? Nō tenetur, modo sit miles & non paganus, sed etiam miles, si in alio loco occiderit, tenetur.

Item si putator.

Teneturne putator, si putādo arbores, ramo deiecto seruus alienus pręter euntem occiderit? Distinguitur: aut cædens in publica, & vicinali via non exclamans occidit? & tenetur? aut in medio fundo, & non tenetur.

Præterea.

Teneturne Medicus si imperitus, seu negligens, non curando, aut male secando seruum alicuius occiderit? Tenetur.

Impetu.

Teneturne mulio, seu equo vectus, si aut imperitior, aut imbecillior equi, aut muli impetum non exhibens seruum alicuius occiderit? Tenetur.

His

His autem.

Teneturne hæres hac legis Aquiliæ actione? Non tenetur, quia est pœnalis.

Quare est pœnalis? Quia aliquando occidens pluris, quàm occisum valet, condemnatur.

Illud.

Æstimaturne tātum id quod occisum est? Non, sed etiam quanti pretium eius, quod superest, quia aptè occisum adiuuabat, minutum est.

Liberum.

Potestne quis non modò lege Aquilia dānum occisi, sed etiam lege Cornelia vindictam persequi? Potest.

Quid secundo cauetur capite? Secundum in vsu non est.

Capite.

Quid tertio capite cauetur? Capite tertio de omni cætero dāno cauetur, nisi quòd in æstimatione Iudex non ad annum, sed ad triginta dies retrò se referat.

§. Fin.

Quot actiones in lege Aquilia competūt? Tres: directa, vtilis, & in factum.

Quando directa? Quando corpus corpore læsum est.

Quando vtilis? Quando non corpore, sed alio modo læsum est.

Quando in factum? Quando non læsum, sed damnum datum est.

De iniurijs. Tit. IIII.

In principio.

QVID est iniuria? Generaliter iniuria dicitur omne quod non in iure fit: specialiter contumelia, conuitium, culpa, iniquitas, & iniustitia.

§. I.

Quomodo committitur iniuria? Facto, & verbo. Facto quidem, si quis pulsatus, verberatusve fuerit, aut bona cuius quasi debitoris, cum nihil deberet, à sciente possessa fuerint. Verbo vero, si quis cui conuitium fecerit, eum in publico contumelia afficiendo: aut famosam, in quem scripturam scripserit, composuerit, ediderit, aut dolò fecerit, vt horum aliquid fieret.

Pati-

Patitur.

Quomodo quis dicitur pati iniuriam? Non ſolum per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habent: item per vxorem ſuam, & nuram ſuam.

Poteſtne vxor, ſi viro facta ſit iniuria, iniuriarum agere? Non poteſt, quoniam à maritis vxores, non ab vxoribus maritos defendi æquum eſt.

Seruis.

Patiturne quis iniuriam etiã per ſeruum? Non, niſi quod atrocius in eum quid commiſſum ſit, quod apertè ad domini contumeliam ſpectet.

Si communi.

Si ſeruo communi facta ſit iniuria, quomodo ſit iniuriæ æſtimatio? Non quidem ex parte, qua quis ſerui dominus eſt, ſed ex qualitate, & dignitate domini.

Quid ſi ſeruo vſufructuario facta ſit iniuria? Proprietario competet actio.

Sed ſi libero.

Sed quid ſi libero homini, bona fide mihi ſeruienti, facta ſit iniuria? Non tibi, ſed illi competet actio, niſi in tuam contumeliam

e iniuria sit facta. Idemq; dicimus, si seruus alienus bona fide tibi seruiat.

Pœna.

Quomodo iniuria æstimatur? Secundum gradum dignitatis, vitæq; honestatem eius, qui iniuriam accepit.

Sed & lex.

Estne etiam publica hæc actio? Est ex lege Cornelia, nempe si quis pulsatum se, verberatumve, vel in domum suam vi aliquem venisse dicat.

Atrox.

Æstimaturne iniuria etiam ex alijs circunstantis? Aestimatur, nempe non solum ex personæ, vt iam ante diximus, qualitate: sed etiam ex facto, loco & membro.

In summa.

Poteſtne quis iniuriarum, & ciuiliter, & criminaliter agere? Non: sed aut criminaliter, aut ciuiliter, quia vtraque actione pœna imponitur.

Poteſtne quis per Procuratorem iniuriarũ agere, vel conueniri? Non, nisi sit illustris, & maiore dignitate præditus.

Non

Non solum.

Teneturne solum is, qui fecit iniuriam? Non, sed etiam qui procurauit, & dolo fecit, vt alicui fieret iniuria.

§. Fin.

Quomodo tollitur hæc actio? Dissimulatione.

De obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur.

Titul. V.

In principio.

QVibus casibus obligationes ex quasi delicto nascuntur? Primo, si Iudex litẽ suam faciens, propter imperitiam iniquam dixerit sententiam, & datur læso in factum actio, qua alius Iudex, vel ei æquum videbitur, imperitum Iudicem condemnabit.

§. I.

Secundo, si ex eo loco, vbi quis habitat, deiectum, effusumve aliquid est, quod transeunti nocuerit, & datur transeunti aduer-

ſus habitantem dupli actio.

Tertiò, ſi quid eſt loco, vbi quis habitat poſitum, aut ſuſpenſum, quod ſi cadere tranſeunti nocere poſſet: & decem aureorum pœna conſtituta eſt.

Si filiusfamilias.

Sed ſi filiusfamilias ſeorſum à patre ſuo habitans, tribus iſtis modis quaſi deliquerit, teneturne pater pro filio? Non, ſed cum ipſo filio agendum eſt.

Item exercitor.

Eſtne & quartus modus? Eſt ſi videlicet exercitoris culpa cum malorum hominum vtatur opera, in naui ſua, aut caupona, aut ſtabulo, dolo, furtove cui damnum datum fuerit: & datur damnum paſſo aduerſus exercitorem in factum actio.

§. Fin.

Quibus competit hæc in factum actio? Heredibus: ſed aduerſus hæredes non competit.

De actionibus. Tit. VI.

In principio.

QVID est actio? Est ius petendi, persequendiq; in iudicio, quod sibi debetur.

§. I.

Quę est summa actionum diuisio? Primo Actiones, aut in rem sunt, aut in personam iure ciuili: in personam quidem, si contracta est obligatio: in rem vero, si non est.

Aequæ.

Daturne actio in rem, & in res corporales, & incorporales? Datur, sed in res quidẽ corporales confessoriè tantum: in res verò incorporales, vt vsusfructus, & seruitutis, & confessoriè, & negatiuè.

Suntne actiones in rem, & in personam etiam iure Prætoris? Sunt, & quinque numerantur.

Nanque.

Quæ est prima? Si quis rem, quàm nondum vsucepit, casu amisit, eam petere potest actione, quæ appellatur Publicana.

Rursus.

Quæ eſt ſecunda? Si quis Reipub. cauſa abſens, vel in hoſtium poteſtate exiſtens rem alicuius in Ciuitate vſuceperit, permittitur domino iſtis redeuntibus vſucapionem intra annum reſcindere, & rem ſuam petere.

Item ſi quis in fraudem.

Quæ eſt tertia? Si debitor in fraudem creditorum rem ſuam alicui tradiderit: permittitur creditoribus, qui Iudicis ſententia in debitoris bona miſſi ſunt, traditione reſcida, rem iſtam quaſi ſuam petere actione, quæ appellatur Pauliana.

Item Seruiana.

Quæ eſt quarta? Si colonus rem quam domino iure pignoris pro mercede obligauit, alicui tradiderit: permittitur domino eam rem à quocunq; poſſeſſore petere actione, quæ appellatur Seruiana.

Quæ eſt quinta? Si debitor rem, quam creditori pignoris, aut etiam hypothecæ iure obligauit, alicui tradiderit: permittitur creditori eam petere actione, quę appellatur Quaſi Seruiana.

Quid intereſt inter pignus, & hypothecā?

Pi-

Pignus quidẽ eſt quod creditori traditur, res mobilis: Hypoteca verò quæ quidem nõ traditur, ſed nuda conuentione tenetur.

In perſonam.

Quam in perſonam Prætor introduxit actionem? Si quis vel in perſonam ſe pro alio ſoluturam conſtituentem, vel patrem, ſeu dominum hiſce de rebus, quæ cum filij, aut ſeruis contractæ fuerint, vel debitorem quem ſibi debere iurauerit, obligatos agit.

De conſtituta.

Quare eſt prætoria, perſonalis contra conſtituentem? Quia ſtipulatio nulla eſt interpoſita: & ideo datur actio, quæ appellatur, De conſtituta pecunia.

Actiones autem.

Quare eſt prætoria perſonalis contra patrem dominumve? Quia iure ciuili patres, aut domini ex contractu filiorum, aut ſeruorum non tenentur: & ideò iure Prætoris vſq; ad peculij quantitatem cõdemnantur actione quæ appellatur, De peculio.

Item ſi quis poſtulante.

Quare eſt prætoria perſonalis contra debitorem? Quia creditor iurauerit, & ideo

datur

datur actio ex iureiurando in factum.

Pœnales.

Introduxitne Prætor pœnales actiones? Introduxit.

Quas? Primo, Si quis quod Prætor præposuit, corruperit, in certa pecuniæ summa condemnatur actione, quæ appellatur, Alibi corrupti.

Secundo, Si filius patrem aut libertus patronum, sine venia in ius vocauerit, datur in factum actio, qua certa pecuniæ summa punitur.

Tertio, Si quis eum quem quis in ius vocauerat, exemerit, eiusve dolo alius exemerit, datur in factum actio qua in tantum condemnatur, quantum ab eo, qui in ius vocatus erat, peteretur.

Præiudiciales.

Quid est præiudicialis actio? Est quę condemnationem in se non habens ex sola intentione constat. Veluti si quis ad libertatem, seu ingenuitatem proclamat dicens? Si apparet me liberũ, seu ingenuum esse, nec necesse sit subinferre: condemna Iudex. Item si mulier planũ fecerit, se ex viro præcedenti si par-

si partum neget, grauidam esse. Hæc actio appellatur, De partu agnoscendo.

Sic itaque.

Potestne quis rem cuius prius dominus fuit, per in personam actionem petere, & dicere: Si apparet aduersarium hanc rem mihi dare oportere? Non potest, nisi à fure, cuius odio, & condictio, & vindicatio, & furti actio competit.

Appellamus.

Quid est vendicatio? Est in rem actio, qua actor dicit: Si dominũ me eius rei esse apparet, aduersarium Iudex condemna.

Quid est condictio? Est in personam actio qua actor dicit: Si apparet hunc dare oportere.

Sequens.

Quæ est secũda actionum diuisio? Secundo, Actionum quædam rei, quædam solius pœnæ petendę gratia comparatæ sunt, quædam mistæ, quibus simul & rem, & pœnam persequi possumus.

Rei persequendæ.

Quæ sunt rei persequẽdæ? Omnes in rem & in personam, excipe actionem depositi for

tuiti

tuiti casus gratia, qua depositarius, vel hęres eius, non solum ad rem ipsam, verum etiam ad alterum tantum reddendum condemnabitur.

Quæ sunt pęnæ tantum? Actio furti.

Quæ sunt mistæ? Vi bonorum raptorum legis Aquiliæ, nō solum contra inficientem, sed etiam contra eum, qui occiderit id quod eo anno aliquando plus valuerit, vt supra in §. his autem. de lege Aquilia.

Mista quoque est actio contra eum, qui legatum ad pias causas relictum, donec in ius vocaretur, dare distulerit.

Quædam actiones.

Quæ sunt actiones, quæ & actionis in rem & actionis in personam, naturam in se habent? Familiæ erciscundæ, communis diuidundi, finium regundorum. Quare? Quia rem quidem alicui ex litigatoribus ex bono, & æquo addicere, alterisq; aliud quid adiudicare est naturæ realis, alium vero, vt qui minoris valoris partem habeat prægrauato, alterum qui maioris valoris partem habet, in certa pecunia condemnare, est naturę personalis.

Omnes

Omnes autem.

Quæ eſt tertia? Actionum diuiſio Tertio, Omnis actio, aut in ſimplū, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum condemnationem habet.

Quæ actiones habent condemnationem in ſimplum? Actiones ex ſtipulatione, mutuo, emptione, & pluribus alijs cauſis.

In duplum.

Quæ habent in duplum? Furti, nec manifeſti legis Aquiliæ ex inficiatione, depoſiti fortuiti caſus gratia ſi petitū non reſtituatur. Serui corrupti, legati ad pias cauſas relicti.

Tripli.

Quæ habent in triplum? Actio, ſeu condictio ex lege: qua is condemnatur, qui maiorem in libello quātitatem inſeruit, vt reus maiores daret ſportulas.

Quadrupli.

Quæ habent in quadruplum? Furti manifeſti. Quod metus cauſa datum factumve ſit. Item duæ in factū, prior quidem, Si quid vt cui cōtrouerſia fieret, datum ſit. Poſterior vero, Si quid ob lites fugiendas calumnioſè datum fuerit. Item condictitia ex lege, ſi exe-

cutor

cutor plus sportularum nomine, quam in libello insertum erat, à reo exegerit.

Sed furti.

Sed estne inter actiones, quæ dupli sunt, quædam differentia? Est: nám furti, nec manifesti, & serui corrupti actiones omnino habent dupli condemnationem, siue quis negauerit, siue confessus fuerit. Actiones vero legis Aquiliæ, & depositi aduersus inficiantes quidem duplicātur: in confitentes vero simpli condemnationem inducunt. Sic & legati ad pias causas simpli est condemnatio, si hæres antequam iussu Magistratus conuentus fuerit, soluerit.

Item actio.

Interestne aliquid inter actiones, quę sunt quadrupli? Nihil, nisi ꝙ in actione quod metus causa si qui rem vi abstulit, iussu Iudicis actori restituerit à quadruplo absoluetur.

Actionum.

Quæ est quarta actionum diuisio? Quarto: Actionum quædam sunt bonæ fidei, aliæ stricti iuris. Quot sunt bonæ fidei? Septendecim: venditi, empti locati, cōducti, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro so-

cio, tutelæ commodati, pignoratitia, familię erciscundæ, communi diuidundo, æstimatoria, permutationis, & hæreditatis petitio. Omnes reliquæ sunt stricti iuris.

Fuerat.

Quæ est decima septima? Quæ ex stipulatu de dotibus repetendis competit.

In bona fidei.

Quare dicuntur bonæ fidei iudicia? Quia libera facultas est Iudici ex bono & ęquo ęstimandi, quantum actori reum dare oporteat.

Admitti turne etiam compensatio in bonę fidei iudicijs? Admittitur, etiam in stricti iuris iudicijs si liquida, aperta, & certa est, sola depositi actione excepta.

Præterea.

Quæ est quinta actionum diuisio? Quinto, Actionum quædã sunt arbitrariæ in rem, quædam arbitrariæ in personam. In rem veluti Publiciana, Seruiana, quasi Seruiana. In personam, Quod metus causa, De dolo, Ad exhibendum.

Quare dicũtur arbitrariæ? Quia permissum est Iudici ex bono, & æquo æstimare, quemadmodum satis actori fieri debeat.

Curare.

Qualem debet Iudex ferre sententiam? Certæ quantitates, aut certæ rei.

Si quis agens.

Quid si quis amplius quàm sibi verè debetur, petat? Olim cadebat à tota causa: id est, totum amittebat, nec facilè, nisi minor quinque & viginti annis, sed & maior, quidē causa tamen cognita iustoque errore probato, restituebatur.

Plus autem.

Quot modis plus petitio committitur? Quatuor: re, tempore, loco, causa. Re, veluti si quis viginti pro decem petat. Tempore, veluti, si quis quod purè debetur, in diem, aut sub cōditione petat. Loco, veluti si quis quod Ephesi sibi dari stipulatus sit, non Ephesi mentione facta, Romæ petat.

Huic autem qui loco.

Qui fit, vt quis causa plus petat? Si quis quod disiunctiuè stipulatus sit, electione adepta, alterum solum petat. Vel si quis quod generaliter stipulatus sit, specialiter petat.

Sed hæc quidem antea.

Quid autem hodie in plus petitione obtinet?

net? Si quidem tempore quis plus petierit, aduersus eum duplicabitur tẽpus, & diutius expectare cogetur. Si verò rei, id est, quantitate, vel alio modo plus petierit, in triplum condemnabitur.

Minus.

Sed quid si quis minus, quam sibi verè debetur, petat? Nihil quidem ex ea re periculi timendum est: sed Iudex nihilominus Reum in eodem Iudicio in reliquum condemnet.

Sed quis aliud.

Quid si quis aliud pro alio errans petat? Errorem hunc ei fraudi esse non placet.

Quot autem modis aliud pro alio peti cõtingere potest? Duobus modis: Re, & Causa. Re quidẽ, si quis, cui Stichus debebatur, Errorẽ petat. Causa verò si quis cum ex testamento agere deberet, ex stipulatu agat: id est, aliam pro alia actionem moueat.

Sunt præterea.

Quæ est sexta actionum diuisio? Sextò sunt quædam actiones, quibus non solidum quod nobis debetur, semper consequimur, sed aliàs solidum, aliàs minus.

Primum in actione de peculio tantũ con-

ſequimur, quantum eſt in peculio.

Item ſi de dote.

Secūdò in actione repetendæ dotis ex ſti pulatu tantum conſequitur vxor, quantum maritus ſaluis facultatibus, & retentione, ſi fortè neceſſarias impenſas fecerit, facere pōt

Sed & ſi quis.

Tertiò in quacunque actione, qua emancipatus, aut libertus cū patre patronove ſuo aut ſocius cum ſocio, aut donatarius cum donatore egerit, non in amplius, is à quo petitur, aduerſario ſuo cōdemnabitur, quàm in quantum facere poteſt.

Compenſationes.

Quartò in compenſationibus quoque oppoſitis minus quis plerunque conſequitur quàm ei debetur. Quare dicis plerunque? Quia niſi compenſationes certæ, ac liquidæ ſint, nihilominus actor totum, quod ſibi debetur, repetet.

§. Fin.

Quintò in ceſſione bonorum, ſi debitor poſt ceſſionem bonorum, aliqua bona acquirat, poſſunt quidem creditores, ſi non ex bonis ceſſis ſatis illis factum ſit, reliquum petere

tere, sed non plus consequentur, quam debitor facere potest.

Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur. Tit. VII.

In principio.

EADEM ne iura seruantur, siue cum filiofamilias, siue cum seruo negotium gestum fuerit? Penè.

Cur dicis penè? Hoc separatim in sequentibus ostendit.

§. I.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestũ esse dicitur? Primo, Si iussu domini cum seruo contractum fuerit, & datur actio. Quod iussu in solidum.

Secundo, si cum seruo, quem dominus naui magistrum præposuit, contractum fuerit, & datur actio exercitoria in solidum.

Tertio, Si cum seruo, quẽ dominus tabernæ, vel negotiationi præposuit, contractum fuerit,

fuerit, & datur actio institutoria in solidum. Sed istæ duæ actiones institutoria, & exercitoria, etiam in libero homine, seu seruo alieno obtinent.

Introduxit.

Quarto, Si cum seruo sciente, & non vetante domino in peculiari merce negotiāti contractum fuerit, & datur actio Tributoria creditoribus aduersus dominum, si male distribuerit.

Præterea.

Quinto, Si cum seruo, non quia dominus voluerit, sed quia in rem domini versum impensumque sit, contractum fuerit, & datur actio, aut De in rem verso in solidum, aut de peculio, quatenus in rem domini versum non sit.

Cum autem quæritur.

Quid est peculium? Est naturale patrimonium eius, qui in aliena est potestate, deductis, quæ patri, dominove debentur: nisi vicario, aut peculiari seruo debeantur.

Cæterum.

Qua actione, si quis plures habet potissimum vtendum est? Quæ faciliorem habet

pro-

probationem.

Illud propriè.

Quid proprium iuris seruatur in filijsfamilias? Quòd ei qui filiofamilias quid crediderit, denegatur actio ex Senatusconsulto Macedoniano: siue adhuc filiusfamilias sit, siue morte parentis forsan, vel emancipatione posteaquam mutuã acceperit pecuniam, sui iuris factus fuerit.

§. Fin.

Poteſtne quis actionibus, quæ ei competunt, vel de peculio, aut de in rem verso, vel institoria, seu exercitoria omissis, directo aduersus patrem, aut dominum condictione agere? Poteſt.

De noxalibus actionibus. *Tit. VIII.*

In principio.

Si seruus deliquit, quis tenetur? Dominus noxali actione qua liberum eſt ei, vel damni æſtimationem dare, vel seruum noxæ dedere.

§. I.

Poteſtne ſeruus noxæ deditus aliquando liberari? Poteſt, ſi domino delicti æſtimationem nummis alicunde comparatis, præſtiterit, prætoris auxilio.

Omnis autem.

Quis autem ſeruo delinquente alienato tenetur? Dominus, quia noxa caput ſequitur.

Quis manumiſſo? Directò ipſe libertus.

Quid ſi liber delinquens ſeruus factus fuerit? Rurſus dominus noxali actione tenetur.

Si ſeruus.

Sed ſi ſeruus in dominum, vel dominus in ſeruum quid admiſerit, vter tenetur? Neuter neutri, nec etiam ſi ſeruus delinquens in aliena poteſtate eſſe cœperit.

§. Fin.

Quis autem ſi filiusfamilias delinquit, tenetur? Olim quoque pater noxali actione tenebatur. Hodie filijfamilias ex ſuis delictis côueniri, & pecunialiter puniri poſſunt.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Tit. IX.

In principio.

QVID est Pauperies? Est damnum sine iniuria datum.

Si animal pauperiem fecit, quis tenetur? Distinguitur: aut enim animal natura non ferox nocuerit, & tenetur dominus noxali actione ex lege duodecim tabularum: aut natura ferox animal fecerit, veluti Vrsus fugiẽs & nemo tenetur, quia nemo est dominus.

§. Fin.

Si autem ferox animal, veluti canis, aper, vrsus, leo, quod eo loco habetur, quà vulgo iter est, pauperiem fecit, quis tenetur? Distinguitur: aut enim læsus est liber homo, & dominus bestiæ tanti ædilium edicto condemnabitur, quantum bonum & æquum ei, cuius erit notio, videbitur: aut aliud quid lęsum fuerit, & duplum damni, quod datum erit, præstabit.

Poteſtne in his casibus etiam noxali actione ex lege 12. tabularum agere? Potest.

De ijs per quos agere possimus. *Titul. X.*

In principio.

PER quos agere possumus? Non solum suo nomine quis agere potest, sed etiam alieno, veluti procurator, tutor, & curator.

§. I.

Quis procurator esse intelligitur? Cuicunque, & quibuscunque verbis causam tuam agere, & defendere permiseris.

§. Fin.

Quomodo autem tutores, & curatores constituuntur? Hoc primo libro expositum est.

De satisdationibus. *Tit. XI.*

In principio.

QVAE olim in vsu versabantur satisdationes? Iudicatum solui ex parte quidem

rei:

rei: procuratoris vero, rem ratam dominum habiturum.

§. I.

Quid hodie obseruatur? Hodie iudicatum solui: id est, pro litis æstimatione satisdatio non datur, sed quod quis in Iudicio permansurus sit, id satisdat, vel iureiurando, vel nude promittit.

Sin autem.

Sed quid si procurator agit, vel conuenitur? Si quidem agit procurator, vel actor, nisi aut mādatum habeat, aut præsens à principali confirmetur, rem ratam dominum habiturum satisdare tenebitur.

Quid autem si conuenitur procurator? Distinguitur: aut præsens est Reus? & personam procuratoris approbare potest solitis stipulationibus de satisdatione iudicatū solui interpositis.

Si vero Reus.

Aut presens non est: & defensor satisdationem iudicatum solui pro litis æstimatione prestabit.

§. Fin.

Debentne ista in omnibus obtinere prouin-

uincijs? Debent etiam si fortè aliqui per imperitiam aliter vtantur.

De perpetuis, et temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes transeunt.
Tit. XII.

In principio.

QVID est perpetua actio? Est quæ olim verè perpetuò competebat, hodie vero est, quæ vsque ad finem ex constitutionibus introductum extenditur.

Suntne & Prætoris actiones aliquot perpetuæ? Sunt, nempè bonorum possessionis, & furti actiones: aliæ sunt annales.

§. I.

Danturne omnes actiones cõtra hęredes? Distinguitur, aut ex maleficio nascuntur, & non dantur. Est enim certissima iuris regula. Actiones pœnales ex delictis in hęredes, nisi viuis principalibus contestatæ fuerint, non dari, sed hæredibus competere: excepta actione iniuriarum. Aut ex contractu veniũt: & hæ-

& hæredibus, & contra hæredes dantur, nisi sit depositum dolo interuersum, ex quo nihil emolumenti ad hæredem peruenerit.

§. Fin.

Potestne quis si actori satisfecerit, etiam post acceptū iudicium absolui? Potest, quia omnia iudicia sunt absolutoria.

De exceptionibus.
Tit. XIII.

In principio.

QVID est exceptio? Est eorum quibus cum agitur, defensio: vt Metus causa, est exceptio, quę ei qui metu promissorem coegit, opponitur: vt Doli mali, quæ ei qui dolo promissorem perduxit, opponitur: vt erroris, id est, in factum exceptio, quæ ei qui promissor se debere per errorem promiserit, opponitur.

§. I.

Item, Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ ei qui pecuniam promissori non numerauit, opponitur.

Præterea.

Item pacti conuenti, quæ ei qui cum debitore se nolle ab eo petere, conuenit, opponitur.

Aeque si debitor.

Item, Iusiurandi, quæ ei qui debitori iuramentum detulit, opponitur.

Item si in iudicio.

Item, Exceptio rei iudicatæ, quæ ei, qui cum in Iudicio succubuerit, iterũ petere cœperit, opponitur.

Hæc exempli.

Suntne & plures exceptiones? Sunt, quę plenius, perfectiusq; ex Digestis, seu Pandectis discemus.

Appellantur.

Quotuplices sunt exceptiones? Duplices aliæ enim perpetuæ: id est peremptoriæ: aliæ temporales: id est dilatoriæ.

Quæ est perpetua? Quę semper actionem perimit, vt Doli exceptio, quod metus causa Pacti conuenti, Ne vnquam petatur.

Quę est temporalis? Quę ad certum tempus obstat, vt pacti conuenti temporarij.

Hodie

Hodie autem.

Sed quid, si quis ante diẽ petat,& ita Reũ vexet: deinde die veniente nihilominus rem consequatur? Olim ante tempora petenti exceptio pacti obstabat,post tempora rei iudicatæ. Hodie verò si quis ante tẽpora agat, aduersus eum præscripta tempora duplicantur: & si peractis temporibus agere volet, ita suum recipiat, si impensas, ac sumptus, quos is qui ante tempus conuentus erat, fecerit, ei restituerit.

Præterea etiam.

Estne & alia exceptionũ diuisio? Est: nam Dilatoriarum aliç ex re: aliæ ex persona nascuntur. Ex re quidem, vt temporarij pacti exceptio: ex persona verò, vt procuratoria veluti si quis per militem,aut fœminam agere volet, nisi miles suo nomine agat, hoc enim ei non prohibetur.

§. Fin.

Poteſtne vel Reis, vel Procuratoribus infamibus infamiæ dilatoria òbijci exceptio. Olim poterat,hodie non potest.

De replicationibus. Tit. XLIIII.

In principio.

QVID est replicatio? Est alia adiuuandi actoris gratia allegatio: qua exceptionis vis replicatur, atq; resoluitur: veluti post pactum de non petendo, posteriore pacto cõuenit, vt quis petere possit.

Quid est duplicatio? Est adiuuandi rei gratia allegatio: veluti si tertium pactum secutum est, quo debitum iterum remittatur.

Quid est triplicatio? Est tertia adiuuandi actoris gratia allegatio.

§. Fin.

Poteßne fideiussor vti exceptionibus principalis? Potest, nisi principalis bonis cesserit, & eam exceptionem opponat dicens: Si bonis non cessi: hæc enim exceptio fideiussorem non iuuabit.

De interdictis. Tit. XV.

In principio.

QVID olim erant interdicta? Formę atq; conceptiones verborum, quibus Prætor, aut iubebat, aut prohibebat aliquid fieri maxime inter eos, qui de possessione, aut quasi possessione contendebant.

§. I.

Quę est prima interdictorum diuisio? Primo, Interdictorum alia sunt prohibitoria, alia exhibitoria, alia restitutoria.

Quæ sunt prohibitoria? Quibus Prętor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti,

Quæ sunt restitutoria? Quibus restitui aliquid iubet: veluti possessionem ei, qui vi deiectus est.

Quæ sunt exhibitoria? Per quæ Prætor iubet exhiberi: id est, in medium proferri, veluti de liberis, quos quis occultat, exhibēdis.

Sequens diuisio.

Quæ est altera interdictorum diuisio? Secundo,

cundo, interdictorum alia habent vim Adipiscendæ possessionis, quia ea petimus, cum adipisci possessionem volumus: alia Retinendæ: alia Recuperandæ.

Quid est interdictũ Adipiscendæ possessionis? Quorum bonorum, quod bonorũ possessori accõmodatur aduersus eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet.

Et quis pro hærede possidet? Is qui se hæredem putat.

Quis autem pro possessore possidet? Qui vi rapuit, & abstulit.

Retinendæ.

Quod est interdictum Retinendæ possessionis? Vti possidetis, & Vtrubi.

Sed interdicto.

Vbinam ista duo interdicta locum habẽt? Vti possidetis in rebus immobilibus: Vtrubi in rebus mobilibus.

Quorum.

Cui dantur? Vtrumq; datur ei, qui litis contestatæ tempore sine vitio, id est, neque vi inuasum, neque clam arreptum, neq; precario concessum possidet.

Possi-

Poſſidere.

Quid intereſt inter poſſeſsionem retinere, & poſſeſsionem acquirere? Poſſeſsioné retinere poſſumus, non ſolum per nos ipſos, ſed etiã per alios, imo & animo? Acquirere autem ſolo animo non poſſumus.

Recuperandę.

Quod eſt interdictum recuperandæ poſſeſsionis? Vnde vi quod olim dabatur ei, aduerſus eum à quo licet vitio poſsidebat.

Sed ex conſtitutionibus.

Quid hodie fit? Hodie qui rem ſuam per vim occupat, dominio eius priuatur: ſin vero alienam, ſimul & eam reſtituit, & æſtimationem eius dependit ei, cui vim fecit.

Tertia.

Quæ eſt tertia interdictorum diuiſio? Tertio, Interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Et ſimplicia quidem ſunt, in quibus actor à Reo diſcretus eſt, qualia ſunt reſtitutoria, & exhibitoria, necnon & prohibitorium, quo Prætor prohibet, ne quid in loco ſacro, flumine publico, ripa ve eius fiat. Duplicia verò ſunt, in quibus vterq; eorum, & actoris, & rei partes ſuſtinet, qualia ſunt

Vti possidetis, & vtrubi.

§. Fin.

Quid hodie sunt interdicta? Nihil, nisi vtiles actiones.

De pœna tempore litigantium.

Tit. XVI.

In principio.

QVAE sunt pœnę temerè litigantium? Pecuniaria condemnatio, iurisiurandi religio, infamiæ metus.

§. I.

Cui iusiurandum defertur? Reo, quod se putans bona conscientia actori contradicere ad Iudicium venerit.

At aduersus.

Quæ est pœna pecuniaria? Inficiantes in duplum, veluti de damno ex lege Aquilia, vel ob legata pijs locis relicta: interdũ etiam confitentes in quadruplum condemnare.

Item actoris.

Deferturne iusiurandum etiam actori? Defertur vt & actorum coerceatur calũnia.

Vtriusque.

Deferturne etiam Aduocatis vtriusq; partis? Defertur.

Hęc autem omnia.

Quæ est pœna iusiurandi? Periurium, & vt improbus litigator impensas, & damna litis aduersario soluere cogatur.

Ex quibusdam.

Quibus actionibus infamia, idest, ignominia irrogatur? ex delictis quidem actione furti, vi bonorũ raptorum, iniuriarum, de dolo: Ex contractibus verò tutelæ, mandati depositi, & socij damnati ignominiosi fiunt. Hoc autem interest, quòd ex delictis tàm pacti, quàm damnati ignominia notentur, ex contractibus verò solum damnati.

§. Fin.

Vnde proficiscitur omnium actionũ instituendarũ principium? Ab eo Prætoris titulo, quo de in ius vocando dicit. Qui enim cum aliquo litigare vult, Iudicem in primis adire debet, & ita eum in ius vocare. Excipe parentes, patronos, quos qui sine venia impetrata in ius vocauerint, quinquaginta aureorum pena condemnabuntur.

De officio Iudicis. Tit. XVII.

In principio.

QVID obseruare debet Iudex? Primo, ne iura dicendo aliter iudicet, quàm cõstitutionibus, aut legibus scriptis, aut moribus, id est, eo iure, quod à sapientibus receptum est, cauetur.

§. I.

Secundo, Si contra actorem iudicat, debet reum absoluere: vel contra, reum rem vnà cum fructibus restituere iubere, vel si reus iustè petat, inducias data cautione cõcedere.

§. Et si hæreditas.

Tertio, Idem & in hęreditatis, & possessionis petitione obseruare debet, vt fructuũ reddatur ratio mala fide possessorum, vel etiam bona fide post litem contestatam.

Si ad exhibendum.

Quarto, Si ad exhibendum agitur, Iudex obseruare debet, ne reum ad rem tãtum, sed & ad totam causam, moram, dilationes, fructus, & interesse præstanda condemnet.

Si familiæ erciscundæ.

Quinto, In familię erciscundę Iudicio res singulas, singulas hęredibus adiudicare, vel si quid pluris valeat inuicem in certa pecunia eos condemnare.

Eadem.

Sexto, Eadem obseruabit Iudex, si communi diuidundo de multis rebus inter aliquos communibus diuidendis agetur.

§. Fin.

Septimo, Si finium regundorum, inter aliquos agitur, Iudicis officium est, aut vnius partem alteri adiudicare, & alterum in certa pecunia, vel alioqui in eodem Iudicio malitiosè, & contumaciter versatos condemnare.

De publicis Iudicijs.

Tit. XVIII.

In principio.

QVID est publicum iudicium? Est quod quiuis ex populo plerunq; exequitur. Quotuplicia sunt publica iudicia? Alia sũt

capitalia, vt mors & metallum, deportatio: Quędam non sunt capitalia, vt infamia.

§ I.

Enumera nobis publica iudicia? Est igitur primum lex Iulia maiestatis, quę in eis, qui contra Imperatorem, vel Rempublicam moliti sunt, competit.

Item lex Iulia.

Secundo, Lex Iulia de adulterijs.

Item lex Cornelia.

Tertio est lex Cornelia de sicarijs, homicidis, & veneficis.

Alia deinde.

Quarto, Est lex Pompeia de patricidijs.

Item lex Cornelia de falsis.

Quinto, lex Cornelia de falsis, id est, qui testamẽtum, vel aliud instrumentum falsum scripserint, recitauerint, aut adulterino sigillo vsi fuerint.

Item lex Iulia de vi.

Sexto, Sunt duę leges, vna de vi publica armis, alteri de vi priuata sine armis commissa: in qua & de mulierũ raptoribus cauetur.

Item lex Iulia peculatus.

Septimo, Est lex Iulia peculatus, quæ eos

punit

punit, qui res publicas, aut sacras, aut religiosas furati fuerint.

Est & inter.

Octauo, Est lex Fabia de plagiarijs, quæ eos punit, qui homines furantur, aut occultant.


Sunt preterea.

Nono, Sunt quędam publica iudicia, veluti lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarum, lex Iulia de annona, & lex Iulia de residuis, quę non animę amissionem, sed alias pœnas irrogant.

§. Fin.

Sufficitne de publicis Iudicijs dixisse hactenus? Sufficit.

FINIS.



INDEX SECVNDVM ORDINEM ALPHAbeti Rubricarum, seu Titulorum harum Institutionum.

A

B

Capi-

C

D

E.

F

G

H

Hære-

M.

N

O

P


Q


Quibus

R

S

FINIS.






ALFREDO FARNESI
ROMA
Piè di Marmo 19-20
di Libri

